

In diesem Bande fehlen die Schriften Nr 39-41.

21. Sep. 1955.

Suchier.

Nr. 60.2.

14
M

CHRISTOPH. MATTHÆI
PFAFFII,

S. Theol. Doct. & Profess. Primarii,
Universitatis Tubing. Cancellarii,
Abbatis Laureacensis,

COMMENTATIO

DE

RECTA

THEOLOGICÆ
PROPHETICÆ
CONFORMATIONE.

TUBINGÆ
apud FRATRES COTTAS.



CHRISTOPH WATHEM
P. A. R. T. I. I.
RECHTA
THEOLOGICAE
TRINOMIA
COMPARATIONE





ANTECESSIO.



Uli ante quinquennium hoc de re-
 ctâ Theologiæ typicæ conforma-
 tione commentationem academi-
 cam edidimus (a), nunc aliam
 ejusdem generis de reâ Theo-
 logiæ propheticæ conformatio-
 ne damus. Argumentum elegans
 est (b) & præstantiâ non solum
 suâ sed & necessitate (c) & utilitate sese commendat,
 ast & tam difficile est arduumque, ut tum propter va-
 ticiniorum sacrorum obscuritatem (d), tum propter
 implementi adinveniendi determinandique difficulta-
 tem (e) vix tutus pes in hoc Theologiæ campo poni
 possit. Liceat tamen heic tentare, quânam & in hâc
 Theologiæ parte detur proficiendi occasio. Deus,
 fons veritatis lumine suo sanctiore nobis scribentibus
 affatim adesse dignetur!

(a) Defensa fuit in colloquio academico A. 1723. mensè Augusto.

A

(b)

- (b) Licet enim hic in omne eruditionis sacrae, exegeticae quam maxime, criticae, historicae, genus exspatiari. Qui vaticinia explicare sacra anhelaverit, is historicae omnis, is linguarum sacrarum, is chronologiae, is geographicae sanctioris, imò & politicae notitiâ praestantiore ut gaudeat, opus est, is in scripturis sacris potens, is insigni doctrinae omnis divini apparatu praeditus esse debet. Jam verò, quantam animi diffusionem hoc pariat, ingenium in ejusmodi studii genere exercere & in intimiores consiliorum divinarum recessus sic introspicere, vix dici potest. *Ἐγὼς μὲ ἐξεί τῶν θεοφυσῶν, ἀμὼρ με Προφητῶν tenet.* Ita egregie Justinus M. in dialogo cum Tryphone Judæo. Vide editionem Styani Thirlbii f. 152. Abominamur itaque Smalcicii, hominis Sociniani vocem, *non curandum esse, quid de Dei cultu Prophetæ dixerint*, in libro adv. nova monstra Smigleccii p. 79.
- (c) Scilicet ex vaticiniis & ex vaticiniorum complemento veritas Scripturae sacrae, veritas Religionis Christianae & veritas Messiae nostri, & quale hujus regnum sit, quae ejusdem fata, elucescere debet. Confer saltem Ii. Jaquelotii tr. de la verité & de l'inspiration des livres du vieux & du nouveau Testament P. 1. C. 16. P. 2. C. 11. 16. Hinc & studium Theologiae Propheticæ nobis injungitur Jes. XXXIV. 16. Luc. XVI. 29. Eph. II. 20. 1. Thess. V. 19. & commendatur 1. Cor. XIV. 1. 1. Pet. I. 12. 2. Pet. I. 19. Apoc. I. 3.
- (d) Obscuritatem pariunt stylus Prophetarum sublimis, mysticus, ænigmaticus, figuratus, emblematicus, symbolicus, altus, abruptus, ab uno argumento ad aliud saliens, luce demùm & claritate ex ipso vaticiniorum complemento hauriendâ.
- (e) Et si verò stylus Prophetarum, et si ipsa vaticinia maximam partem obscura sint, sunt tamen intelligibilia, non quidem iis, quibus præjudicia carnalia mentem obtenebrârunt Jes. XXIX. 11. 2. Corinth. III. 14. sqq. qui necessariam aptitudinem spiritualem, diligentiam, attentionem, excitationem, *νεῖον & σύγκριον τῶν γεγραμμένων* rebus haud adferunt & sic *videntes nihil vident* Matth. XIII. 15. sed iis, qui Spiritui sancto, Prophetiae omni auctori & interpreti cor adaperiunt, lumini ipsius inhiant, & *χάρισμα* hoc precibus ab Ipso nacti sunt. Danj. XII. 4. 10. Hof. XIV. 10. Apoc. II. 11. XIII. 18. XVII. 9. XIX. 10. Jam enim & peculiare hoc *χάρισμα* est, vaticinia interpretandi 1. Cor. XII. 10. 28. XIV. 3. 22. sqq. Eph. IV. 11. Confer, quae hanc in rem diximus de originibus Juris ecclesiastici C. 2. art. 2. notâ (ee) Laudanda itaque omnium illorum opera est, qui Theologiam Propheticam studio suo illustrare, maxime, si intra terminos id coercerint nec limites scientiae nostrae à Spiritu S. fixos migraverint. Laudavimus & illos in Introd. in hist. Theol. lit. L. 1. §. 5. p. 93. sqq.

CAPUT PRIMUM

idque HISTORICUM.

I.



Heologia Prophetica, strictè sumta (a), quæ vaticinia in sacris literis extantia tum Veteris tum Novi Testamenti explicat, complementum eorum ostendit atque ex iisdem tum præterita, tum præsentia, tum futura quoque mundi & Ecclesiæ fata pingit, rationes enarraturis placet primò de nominibus Prophetarum, secundò de variis modis revelationis divinæ, tertio de notis verorum Prophetarum, quartò de Prophetis Veteris Testamenti, quintò de Prophetis Novi Fœderis, sextò de Psevdo-Prophetis tum Judæorum, tum Gentilium, tum Christianorum, sed paucissimis, pro ratione instituti, differere (b).

(a) Scilicet prophetia & illa est, quæ res arcanas præteritas & præsentis ex revelatione divinâ eâque extraordinariâ patefacit. Vide Witfii Miscellanea sacra T. 1. L. 1. qui agit de Prophetis & prophetiâ C. 2.

(b) De Prophetiâ & Prophetis datâ operâ scripsere Molinæus in vate, J. Meiffnerus, Osiander, Clodius, Bebelius, S. Schmidius, Voetius, Marelius, Heldeggerus, Smithus, Spencerus, alii, & infra citandi.

II.

Nomina Prophetarum V. T. sunt נביא (a), רואה (b), חוה (c), משיח (d), צופה (e), מלאך (f). Jam & iidem adpellati fuere *Viri Dei* (g). Vaticiniorum nimias species Hebræi cumulant, cum verborum saltem, non rei subinde differentia sit. חוה *visio*, משיח *desillatio*, דיבור *loquela*, אמרה *verbum*, צווי *præceptum*, משה *onus*, משל *parabola*, חידה *enigma*, מליצה *interpretatio*. Ira Berechit Rabba. Abarbenel (h) decem alia adjicit יד יהוה *manum Domini* (i), הגדה *enarrationem* (k), קריאה *predicationem* (l), נאם *dictum* (m), שמועה *auditum* (n), ראייה *visionem* (o), רבוי *assimilationem* (p), חרום

הלום *somnium* (q), מראה *adfectum* (r), התודעות *notificationem* (s), præ cæteris tamen feligens hæc tria דברה, חזון, משא (t). In Novo Fœdere dicuntur Προφηται, ubi tamen vox προφήτειν non semper *uaticinari* significat (u).

- (a) Vocem hanc primitivam esse neque à בוא nec à נוב descendere existimo. Ante tempora Samuelis haud fuit tam in usu juxta 1. Sam. IX. 9. scilicet in significatu isto strictiore, quo *Prophetam* dicit, & juxta modum loquendi vulgarem. Aliàs certè & in Pentateucho occurrit, & Viri quoque sancti, divinâ luce adflati נביאים dicuntur. Vide Gen. XX. 7. Pf. CV. 15. Ita & prophetare est orare & laudes divinas canere 1. Sam. X. 5. 6. XIX. 24. 1. Reg. XVIII. 29. 1. Chr. XXV. 1. 2. 3. & res divinas ad alios loqui & explicare Ex. VII. 1. coll. IV. 19. 1. Sam. X. 16. sqq. Hof. XII. 11. itemque scribere. Scriptores enim historici quoque V. T. נביאים ראשונים Judæis dicuntur. Confer Vitringam de Syn. ver. L. 1. P. 2. C. 6. 7. Ex quo & patet, quid per προφήταιν & προφήτειν in N. T. subinde intelligatur.
- (b) Vide 1. Chr. IX. 22. XXVI. 23. XXIX. 29.
- (c) Confer 2. Sam. XXIV. 11. 2. Reg. XVII. 13. 1. Chr. XXI. 9. XXIX. 29. 2. Chr. XIX. 2.
- (d) Dent. XXXII. 2. Ezech. XXI. 2. Amos VII. 16. Mich. II. 11.
- (e) Ezech. III. 17. Sic & vocantur שומרים Jes. LXII. 6.
- (f) Hagg. I. 13.
- (g) 1. Reg. XIII. 1. 2. Reg. XXIII. 16. 2. Pet. I. 21. alibi. Ita Propheta vocatur quoque מרחבא איש Jer. XXVI. 20. & quibusdam ita putantibus, הרוח איש הרוח Hof. IX. 7.
- (h) in præfat. ad Prophetas minores.
- (i) Ezech. XXXVII. 1.
- (k) Jes. XXI. 2.
- (l) Lev. I. 1.
- (m) Hoc frequentissimè in Prophetis occurrit. Significat *ditum*.
- (n) Jes. LIII. 1.
- (o) Amos IX. 1.
- (p) Hof. XII. 11.
- (qrs) Num. XII. 6.
- (t) Hæc vox à נשא *protulit*, *tulit*, descendit significatque *prolatum* eloquium, *onus*, eloquium onerosum & portale. Vide Jer. XXIII. 33. sqq.
- (u) Προφήτης est à πρὸ & φάω *dico*, is, qui futura *predicit*. Hinc primùm dicuntur Prophetæ, futurorum prædictores Act. XIII. 1. 2. XIX. 6. XXI. 10. 1. Cor. XII. 28. Eph. IV. 11. Secundo tamen & alii Ecclesiæ doctores, qui isto tamen futura prædicendi charismate haud pollebant Act. XV.

32. Rom. XII. 7. 1. Cor. XI. 4. 5. XIII. 9. XIV. per tot. Cur Epimenides Tit. I. 12. dicatur *προφήτης*, disquirunt Wandalinus in dissert. de Prophetis & Prophetiis p. 9. sqq. cui addi velim pec. diff. Gottschalekii & Bibl. Brem. Cl. 5. fasc. 5. n. 3. p. 859. sqq.

III.

Modi revelationis varii olim exstiterē (a). Vel enim Deus immediate vigilantibus sub hoc vel illo schemate se videndum præbuit vocemque suam audiendam (b), quò & *בן קול* *filia vocis* in secundo templo pertinet (c), vel in ecstasi (d) Prophetas rapuit, vel per somnia (e) cum hominibus egit, vel & per Angelos (f) voluntatem suam declaravit, aut per sortes (g) eandem manifestavit, aut denique per Spiritum sanctum (h) Prophetis inspiravit dicenda & scribenda (i). Quonam referenda sit revelatio per *Urim* & *Tummim* (k) summo Sacerdoti facta, variè disquirunt Interpretes. Videas hic omnia supernaturalia, nulla enim ad prophetiam dispositio naturalis (l), sed, quæcunque hic præparatio animi (m) statui possit, supernaturalis est, gratiæ extraordinariæ & miraculosæ subserviens. Cæterum Prophetæ tum verbis (n) subinde mentem divinam manifestarunt.

- (a) Confer de his Witsum l. c. C. 3. sqq. Gùrtlerum in systemate Theol. Prophetiæ C. 2. Wandalinum l. c. p. 13. sqq. Vitringam in typo Theologiæ Prophetiæ Proleg. C. 2. ut alios taceamus. Addendus tamen præ aliis est J. G. Carpovius in exerc. inaug. de Ecclesiæ Judaicæ Prophetis in genere, & in Introd. ad libros Biblicos V. T. P. 3. ubi de Prophetis in genere & specie agit.
- (b) Jam verò & visiones Prophetiæ varii generis sunt. Ita ipse Deus subinde se suamque majestatem conspiciendam præbuit super arcæ fœderis, in columnâ ignis & nubis, in luce quadam exquisitâ, Filius Dei, ut Angelus, ut homo, humanitati suæ sic præludens. Ita Idem de cælo locutus est & cum hominibus verba fecit. Nemo majus hic privilegium habuit Mose, qui Deum à facie ad faciem vidit & ore ad os cum Ipso colloctus est, sine symbolo, sine enigmate. Etsi enim Dei essentiam, invisibilem utpote, haud viderit, nec Dei majestatem ita viderit, uti beati in cælis illam vident, præstantior tamen hæc visio Mosis fuit ac reliquorum Prophetarum. Ex XXXIII. 18. sqq. Num. XII. 6. 7. 8. Deut. XXXIV. 10. Confer Witsum l. c. C. 7. de privilegiis Mosis, Wandalinum l. c. p. 15. sqq. & Gùrtlerum l. c. p. 18. sqq. Sed tamen & alii Prophetæ Deum viderunt, mox in eadem illâ divinâ luce, sed gradu inferiore, mox sub symbolis aliis & imaginibus.

Confulatur autores laudati. Ita & audierunt illi vocem loquentis Dei, ipsi apparentis, vel clarius, vel emblematicè, ænigmaticè, figuratè rem efferentem.

- (c) Referunt quidem doctores Talmudici *filiam vocis* ad tempora quævis templum secundum antecedentia, in quibus vox divina de cælo audita fuit, sed maximè illam templo secundo adscribunt, tanquam Oraculo per Urim & Tummim succedaneam, auditam mox de cælo, mox ex adyto templi, & effata divina pandentem. Sed quæcumque hic à Judæis narrantur, fabulosa esse contendit Jo. Andr. Danzius in *diff. de filiâ vocis*, nefandâ divinæ æmulâ. Hinc & ad *filiam vocis* haud referenda esse loca N. T. Matth. III. 17. XVII. 5. Joh. XII. 28. 29. Act. II. 2. IX. 3. sqq. 2. Pet. I. 17. 18. idem existimat contra dissentientes, quos refert Wolfius ad loca citata, qui & autores de filiâ vocis consulendos enarrat, ex quibus eminent Lightfootus ad Matth. III. 17. Vitringa in *Archisynagogo* p. 199. & in *observationibus sacris* L. 6. C. 9. atque Jac. Bafnage in *histoire des Juifs* T. 3. p. 126. sqq. & T. 5. p. 22.
- (d) Vide e. g. Danj. X. 8. 9. Act. XXII. 17. 2. Cor. XII. 2. 3. 4. Apoc. I. 17. & confer Witium I. c. C. 4. itemque Bafnagium dans ses antiquités Judaiques T. 2. Ch. 6.
- (e) Confer & hic Witium I. c. C. 5. & Gûrtlerum I. c. p. 16. sqq. itemque Wandalinum I. 9. p. 21. sqq. Mirum est, quod hic somniat Dodwellus, qui existimat, Theologiæ Propheticæ studio maximè necessariam esse artis onirocriticæ scientiam, cum Deus, Prophetas Israelitis dando, gentium institutis heic sese accommodaverit. Vide ejus second letter of advice for studies theological p. 215. sqq.
- (f) De revelatione per Angelos vide Witium I. c. C. 6. & Gûrtlerum I. c. p. 21. Desit illa quàm maximè in fœdere novo Ebr. II. 5. etsi sub ejusdem initia adhuc frequentata fuerit, uti ex Evangelii, Actis Apostolicis & Apocalypsi patet.
- (g) Vide Jos. VII. 14. 1. Sam. XIV. 42. Jon. I. 7. Act. I. 26. Autores huc spectantes vide in Fabricii Bibliogr. antiqu. C. 12. p. 428. & in libro nostro de originibus Juris ecclesiastici C. 2. art. 2. notâ (ss) p. 77. Adde tamen jam Aug. Calmeti *diff. huc spectantem*, commentario Gallico in Acta Apost. præfixam.
- (h) Judæi distinguunt inter נבואה *prophetiam* & רוח הקדש *Spiritus S.* Hunc ei attribuant, qui integrâ omnium sensuum suorum functione insit alterius hominis loquitur, sic tamen, ut exciretur à Spiritu Dei illuminante mentem & suggerente verba. *Prophetiam* autem vocant, quando homini sive vigilianti, sive dormienti sensuum usus aufertur, ut abreptus vel videat visiones vel audiat vocem sibi loquentem. Confer Witium I. c. C. 19. §. 18. Hinc כתובים, hagiographa, utpote per Sp. S. scripta minore loco habent ac Prophetas, ipsum Danjelem quoque horum numero eximentes, etsi visiones & quidem in ecclasi habuerit.

- (i) Jam enim & in scriptioe inspiratio divina se exeruit. Hinc dicitur προφη-
τεία γεγενῆσθαι 2. Pet. I. 20. & ἰσχυρὰ γεγόμματα 2. Tim. III. 16. γεγενῆσθαι
Rom. I. 2.
- (k) De Urim & Tummim infinitas ferè sententias collegit recens Scriptor, Ge-
orgius Guil. Dietericus in commentatione de hoc argumento francof. &
Lipſiæ A. 1728. editâ. Probabile est, hoc oraculum fuisse responſum divi-
num, datum Sacerdoti summo à Deo, arcæ fœderis insidente, cùm pecto-
rali sacro iste amictus esset. Ita Gùrtlerus l. c. p. 24. ſqq.
- (l) Dispositionem naturalem ad vaticinandum dari somniavere Peritus de Sibyl-
lis, Spinosa, alii, quos refutavere Wîtfius l. c. C. 8. 9. Buddeus pec. diff.
de quaestione, *an naturali homines polleant vaticinandi facultate*, itemque
Henr. Aſcanius Engelke in diff. *de dispositionibus ad vaticinandum* & nuper
demum J. G. Lakemacherus Observ. Philol. P. 2. obs. 6. §. 6. Adde Dey-
lingii observ. sacr. P. 1. obs. 1. & Basnagium Antiqu. Jud. T. 2. Ch. 5.
- (m) Hinc scholæ Prophetarum, ubi precibus, ubi Musica sacra, ubi medi-
tationibus divinis opera data, & sic animi ad hoc χείρισμα, divinitus ta-
men immittendum, præparati fuere. Confer eundem Wîtfium l. c. C. 10.
& J. G. Carpzovium in introd. ad libros Bibl. V. T. P. 3. p. 20. ſqq. Adde
H. Pippingii diff. de Saule per Musicam curato, in synt. diff. acad. num. 3.
- (n) Meretur hic conferri Wîtfius l. c. C. 11. & 12. ubi & de agitatione ad
prophetandum agit.

IV.

De notis verorum Prophetarum (a) nunc paucis differendum est. Nec verò sermo hic nobis est de criteriis, queis ipsis Prophetis constabat, se re verà à Deo inspirari. Hanc lucem veritatis ipsa se- cum ferebat inspiratio, ejusque docebant circumstantiæ (b). Sed quaeritur, qui aliis hoc innotescere potuerit? Respondeo, I. Vera Prophetia conspirare debuit cum revelatâ aliâs veritate (c). Sed hoc nondum sufficit. II. Eventus sive illico subsequens, sive secutus veritatem illius confirmare debuit (d). III. Miraculis quoque *subinde* illa firmabatur (e). IV. Inſita quædam prophetiis ἐπίρρησια divina, sanctitasque Prophetarum & divina vivendi ratio veritatem missionis, veritatem prophetiæ insinuavit (f). V. Linguarum aliâs incognitarum elocutio in inspiratione facta criterium veræ prophetiæ est (g). VI. Spectat & hùc Veritas dictorum infallibilis (h) aliorumque arcanorum revelatio. Accedit VI. vindicta θεῖα ἰσχυρὰ subinde in peccatores exer- cita (i).

(a)

- (a) Confer hic Witium l. c. C. 15. Gürtlerum l. c. C. 3. p. 29. 199. & Viringam in typo Theol. propheticae Prol. C. 3.
- (b) Ita revelationis majestas & sublimitas, rerum revelationarum divinitas, conscientia sinceritatis, ractus divinus, vox de caelo audita &c. ipsos Prophetas de veritate prophetiae convincebat.
- (c) Confer hic maxime Deut. XIII. 1. 199. Jes. VIII. 19. 20.
- (d) Deut. XVIII. 21. 1. Sam. III. 19. 20. Jer. XXVIII. 9. Nora, quaestionem hic esse de vaticiniis absolutis, non conditionatis, de quibus in capite secundo agemus. Veritas theos nostrae patet tum ex Deut. XVIII. 21. Jer. XXVIII. 9. 199. itemque 1. Reg. XXII. 24. aliisque locis quam plurimis, tum ex eo, quod solus Deus futura contingentia novit atque hoc ipso toties se à falsis Diis distinguit. Jes. XLI. 22. 199. XLII. 9. XLIII. 9. 199. XLIV. 7. 199. Danj. II. 22. 199. VIII. 19.
- (e) Sic vaticinia Moſis miraculis firmata fuere iisque longè praestantioribus ac patrabant Magi Aegyptii. Ex. IV. 1. 199. 30. 31. VII. 199. Adde 1. Reg. XVII. 24. XVIII. 39. Hebr. II. 4.
- (f) Exceptionem tamen hic faciunt Prophetæ impii, qualis Bileamus Num. XXII. 35. XXIV. 2. & Cajaphas Joh. XI. 51. Ita & Abimelecho & Labani & Pharaoni & Nebucadnezarî divina somnia contingere. Hinc dantur & Prophetæ inviti, Prophetæ per ignorantiam. De Cajaphâ tamen, qui propriè loquendo Propheta haud fuit, licet verba ista ex singulari Spiritus S. directione protulerit, confer, quæ egregiè monet Bajerus in diss. de vaticiniis per ignorantiam C. 3. §. 23. qui & heic disquirat, num Prophetæ V. T. semper intellexerint vaticinia, quæ elocuti fuerint. Ubi respondendum utique, eos non semper ea intellexisse. Vide Danj. VIII. 27. XII. 8. 9. In genere tamen noverunt, quæ & in ecclasiis ab ipsis proferebantur, cum sensu oraculorum, eorum maxime, quæ de Messia agebant Act. X. 43. 1. Pet. I. 10. 11. 12. secus ac existimant Remonstrantes & Sociniani, qui putant, varia oracula à Prophetis V. T. prolata fuisse, quæ in N. T. ad Messiam applicantur, licet Prophetæ illa olim proferendo nil minus quam hunc cogitaverint. Vide Bajerum l. c. per totam sectionem tertiam.
- (g) Pertinet hæc quam maxime Act. II. 3. 4. 8. 199. ubi falsa illorum sententia est, qui miraculum non in Apostolis loquentibus sed auditoribus quaerunt. Vide Marc. XVI. 17. & confer Wolfium ad h. l. cujus observationibus addenda est nova illa Soleichitii sive Eicholzii conjectura, quæ existimavit, *γλώσσους διαμεριζομένας* indicare *silentium*, quod Apostolis fulgure illo caelesti obtusefactis contigerit. Vide ejus linguas Apostolorum dissectas redintegratas Guelpherbyri A. 1725. editas. Refutaverunt Soleichitium Tob. Eckhardus pec. tr. Goslaræ 1726. edito, Wockenius in diss. de flammis inter fideles Lipsiæ eodem anno datâ & Lakemacherus Obs. Philol. P. 2. obs. 4. qui per *γλώσσους διαμεριζομένας* haud malè linguas inter Apostolos divisas ipsisque dono Spiritus S. collaras intelligit. Notitiam verò linguarum infusam fuisse subinde primis Christianis patet ex Act. XIX. 6. 1. Cor. XII. 28. 30. XIV. 4. 199.

(h)

(h) Scilicet nec Deus Prophetis falsa inspirare nec ipsi falsa enunciare in actu inspirationis potuerunt. Sunt quidem oracula sacra, quae heic in contrarium militare videntur. Quoad prius, exemplum Bileami, cui roganti, num cura legatis Regis Moabitarum proficisci debeat, Deus annuit, iratus tamen deinceps, quod mandato huic suo obsequeretur Num. XXII. exemplum Israelitarum contra Beniaminitas ex decreto divino infeliciter pugnantium Jud. XX. 18. porro & dicta Jer. IV. 10. XX. 7. Ezech. XIV. 7. 9. 10. Quoad posterius, exemplum Prophetæ Bethelici 1. Reg. XIII. 18. Prophetarum V. T. in genere, qui tam felicia Judæorum sub Messia tempora, reductionem Israelis plenam in terram sanctam, reedificationem Hierosolymæ & templi &c. Apostolorum N. T. qui diem ultimum tanquam suo adhuc tempore venturum prædixerint, qui, ut Johannes in Apocalypsi, multa alia proximè futura vaticinari fuerint, quæ tamen omnia haud contigerint, ut errorem Pauli, quem & agnoverit ipse Act. XXIII. 5. commissam aliaque fallibilitatem Apostolorum quoque docentia taceamus. Ita Jonam vaticinatum esse, Niniven post 40. dies subversum iri, ita Jesajam, Regem Hilkiam moriturum proximè, quæ tamen haud evenerint. Sed ad hæc omnia jam responderunt Witfius l. c. C. 15. §. 8. 199. 22. 199. & C. 22. de Apostolorum in docendo infallibilitate & Carpovius in Introd. ad libros Biblicos V. T. P. 3. p. 56. 199. respondimus & nos in lectione 2. præliminari ad Matthæum & ad ea, quæ adhuc restant, in capite secundo §. 2. notâ (a) can. 7. responderit. Adde Karlium in Bibl. Brem. Cl. 6. fasc. 4. n. 1. p. 573. 199. Insuper verò ratio haud patitur, ut hic excurramus, limites dissertationis aliàs migraturi.

(i) Velim hic conferri denuò Witfium l. c. C. 15. §. 35. 199.

V.

Jam, si historia Prophetarum veterum, quos Deus in V. T. Ecclesiæ suæ singulari beneficio (a) indulgit, nobis pangenda foret, agendum primò esset de Prophetis ante legem, Adamo, Henocho, Noacho, Abrahamo, Isaac, Jacobo, Josepho, Jobo, Bileamo (b), porro de Prophetis in deserto, Mose, Abarone, LXX. Senioribus, Eldado & Medado, item de Prophetis in Canaan, Josuâ, Samuele, Nathane, Davide, Salomone, Eliâ, Elifæo, aliis quàm plurimis, Jonâ, Hosa, Amoso, Joële, Jesajâ, Michâ, Nahumo, Habacuco, Obadiâ, Zephaniâ, Jeremiâ, de Prophetis in captivitate Babylonicâ, Ezechiele & Danjele, de Prophetis post captivitatem Babylonicam, Haggæo, Zachariâ, Malachiâ (c), aliis, Jaddo etiam & Judâ Macca bæo (d). Ita & memorandæ hic essent Prophetissæ, Mirjam, De-

B

bora,

bora, Anna, Hulda, Noadja (e). Sed nec, huc ut excurramus, brevis tractationis nostræ patitur.

- (a) Impium est, dicere, Deum ad imitationem Aegyptiorum Israëlitis Prophetas dedisse. Ita Spencerus de legibus Hebræorum ritualibus L. 3. diff. 1. C. 2. sect. 3. Verba hæc sunt: *Quò probabiliùs habeatur, Deum, cum legem traderet, ad Israëlitarum modulum & morem se attemperasse & ritus nonnullos, quibus è longo usu pertinaciùs adherebant, illis indulgisse, ostendam proximo, Deum nonnulla privilegiorum loco estimata ob seculi morem & εκληρονομία τῶν Ἰσραήλ, uti loquitur Philo, populo illi concessisse. Inter ea verò primas habeant oracula, somnia, Prophetia & hujusmodi divinationum genera, quæ gentis illius infantie & perverciacie concedebantur. Nam Gentibus antiquioribus, Aegyptiis, Chaldeis, Chananæis etiam, ad quorum fides patrias occupandas in procinctu jam stabant Israëlite, non deerant prophetia, sortilegia, somnia, vocales imagines & oracula, quibus hujus seculi Deus divinitatis suæ mentite fidem firmare studuit, connatum illum futura cognoscendi pruritus scalpfit & animos hominum sibi & cultus suo devinctos tenuit. Cum itaque Judæi non minore futurorum studio & arcana cognoscendæ cupidine ducerentur, eorum vanitati somnia, prophetias, oracula dedit benignus Deus, ne ad oracula vel arivolos ethnicorum confugerent & multò feliciùs cum idololatris quàm se ipsi, modò prophetiâ destituti, altum existimarent. Eandem in sententiam ferè concedit Stillingfleetus in Orig. sacr. L. 2. C. 4. n. 1. ubi & Origenem contra Celsum L. 1. hanc in rem allegat, accimente Dodvvello in libro supra p. 6. citato p. 214. & G. Lovvth in the vindication of the divine authority and inspiration of the old and new Testament p. 118. sqq. Quanto satius foret, dicere, Gentiles ad imitationem Judæorum Vates & Oracula sibi finxisse & constituisse, uti egregiè Goth. Vockerodtius in exerc. de notitiâ divinarum Scripturarum apud Gentiles. Ast confer hic Gùrtlerum l. c. C. 6. p. 70. sqq. itemque Wichmanshausen de Prophetis & Prophetis illis sect. 1. p. 17. sqq.*
- (b) Nota, Jobum, Jethronem & Bileamum pertinuisse נביאי האומות *Prophetas Gentium.* Fuerunt enim & inter gentes veri Prophæta, licet superstitioni pravæ simul subinde adhrerent. Neque enim Deus & in gentibus olim ἀμὰ ἴσους se esse sivit radiosque gratiæ suæ & inter illas in V. T. sic quoque sparsit.
- (c) De omnibus hisce consulendus est Witfius l. c. C. 16. sqq. van Dale de verâ Prophetiâ C. 2. & J. G. Carpovius in introd. ad libros Prophericos V. T. P. 3. p. 66. sqq. Ceterùm post Malachiam defuisse prophetiæ donum fuerunt Judæi, & ad quinque ista id referunt, quæ sub templo secundo defecerint. Confirmari id solet & ex eo, quod ultimum Malachiæ vaticinium de Johanne Baptistâ sit, à quo Novum Testamentum auspicietur Marc. I. 1. 2. Allegantur & hanc in rem 1. Macc. IV. 46. IX. 27. XIV. 41. Videatur idem Carpovius l. c. p. 73.
- (d) Confer hic Witfium l. c. §. 34. sqq. & Carpovium l. c. p. 74.
- (e) Confer J. C. Wichmanshausen diff. de Prophetis & Prophetis illis sect. 2. & 3. De Noadja Prophetis illa vide Neh. VI. 14.

VI.

Sic &, si de Prophetis Novi Testamenti strictè sic dictis (a) disserere vellemus, à Zacharià initium faciendum & dein de Johanne Baptistà, de Simeone, de CHRISTO ipso, Prophetà magno illo, de Apostolis, de Stephano, de Agabo aliisque (b) nobis dicendum esset. Addendæ & essent Maria, mater Domini, Elisabeta, Anna, Phanuelis filia & quatuor Philippi Evangelistæ filia (c). Dicendum deinceps nobis esset de continuatione prophetiæ post Apostolorum excessum, in primis (d), imò & sequioribus seculis (e), usque ad hæc nostra tempora, & disquirendum, num charisma hoc & nostro huic ævo vindicandum (f) illiusque uberior mensura adhuc in venturis temporibus expectanda (g) sit. Pauca sunt, quæ hanc in rem in notis dicemus.

- (a) Neque enim nobis jam sermo est de oraculorum divinorum Interpretibus, qui etiam Prophetæ in N. T. nuncupantur. Confer supra p. 4. 5. & Witsium l. c. C. 21. §. 47. sqq. itemque van Dale de verâ prophetiâ C. 5. & quæ scriptimus de originibus Juris Eccles. C. 2. art. 2. notâ (ee).
- (b) Confer hic Witsium l. c. C. 21. de Prophetis in Evangelio laudaris.
- (c) Confer hic Witsium l. c. C. 21. §. 26. sqq.
- (d) Confer eundem Witsium l. c. C. 22. & in prefat. §. 3. Pfanneri diatribæ de charismatibus sive donis miraculosis antiquæ Ecclesiæ C. 6. Arnoldi Abbildung der ersten Christen L. VII. C. 5. 6. Dodyvelli diff. 2. in Irenæum, Kertneri observ. de reliquiis miraculorum & visionum post Apostolorum tempora, quæ est n. 172. in miscellaneis Lipsiensibus T. 8. p. 190. sqq. & Gærtleri Systema Theol. Proph. C. 24.
- (e) Velim hic conferri Gisb. Voerii sel. disp. theol. P. 2. p. 1059. sqq. Pertinent huc illa maximam partem fabulosa, quæ inde à Constantini M. visione per medium Christianismi avum usque ad tempora Reformationis de visionibus & vaticiniis tum frequentatis tradita fuere. Pertinent huc visiones Gertlerum inter sanctas ab Ecclesia Romanâ relatarum, e. g. Hildegardis, Mechtildis, Elisabethæ, Brigittæ, Catharinæ Senensis &c. Pertinent huc innumera illa revelationes, visiones & apparitiones ad stabilicandum purgatorium, invocationem sanctorum, conceptionem Mariæ immaculatam, transubstantiationem &c. in Ecclesia Romanâ factæ. Confer & Marr. Delrio in disquis. Mag. L. 4. qu. 3. sect. 4. p. 137. sqq. Pertinent huc ex Ecclesiâ Gracâ revelationes Methodii, Patr. CP. de quibus vide Fabricii Bibli. Gr. L. 5. C. 1. p. 258. Pertinent huc vaticinia S. Bernhardi, Malachia, Joachimi Abbaris, Hier. Savanorolæ aliorumque, de quibus propter brevitatem instituti haud licet jam disserere. De falsis Bernhardi vaticiniis vide tamen Bellii

penſées diverſes T. 2. p. 510. ſqq. ubi & de aliis falſis prophetiis agit. De Ma-
 lachiâ vide dicta in intr. in hiſt. Theol. lit. P. 2. p. 373. 374. Joachimi Ab-
 batis vaticinia, reformationem quoque Eccleſiæ præſagientia exhibet Wol-
 ſius in lect. mem. T. 7. f. 443. ſqq. Hier. Savanorolæ, qui & inter eos
 ſubinde refertur, qui eandem reformationem prædixerint, compendium re-
 velationum extat. Quid de vaticiniis ipſius ſentiendum, explicat cel. Bud-
 deus in retractatione diſſertationis de artibus tyrannicis Hier. Savanorolæ §. 25.
 ſqq. in parergis hiſt. theol. p. 333. ſqq. Adde inſtit. noſtras hiſt. Eccleſ. p. 718.
 ubi maximè hanc in rem Bælii quoque dictionarium in ſupplemento f. 3058.
 ſqq. citatur. Jam verò ante omnia ſpectant huc prognoftica reformationem
 ſacrorum præſagientia, quæ divinum quid ſpirant & de quibus egere, qui
 hiſtoriam reformationis enarrarunt, quos & appellavimus in Introd. in hiſt.
 Theol. lit. P. 3. p. 395. 396. ubi duo ſaltem hæc addimus, vaticinium il-
 lud famoſum Jo. Huili & ſomnium Friderici Sapientis in dubium vocata eſſe
 à Viris doctis, illud poſt H. von der Harde à Jacobo Lenfant dans ſon hi-
 ſtoire du Concile de Conſtance L. 3. §. 61. p. 293. hoc à C. A. Heumanno
 in Luthero Apocalyptico, ubi p. 73. ſqq. exhibetur diſſertatio de ſomnio di-
 vino, quod Friderico Saxonie Principi Electori vulgo tribuitur. At quoad
 prius conferri merentur Wernſdorffii diſſ. de primordiis emendatae per Luthere-
 rum religionis p. 14. ſqq. & Lœſcheri vollſtändige Reformations-Acta T. 1.
 C. 7. von den Vorverkündigungen und Vorbedeutungen der Reformation
 p. 149. quoad poſterius Unſchuld. Nachr. 1718. p. 306. ſqq. Adde Im-
 man. Weberi orat. de veritate ſomnii Friderici Sap. Tenzelii Bericht von der
 Reformation p. 241. ſqq. & Lœſcherum l. c. C. 21. p. 461. ſqq. B. Lutheri
 vaticinia & huc retuleris, quæ collegere Matthæſius, Glaſerus, Lappæus,
 Phil. Schmidius, qui & alia Nic. Selnecceri & Phil. Nicolai congeſſit, Sau-
 bertus, alii, & contra convicia Romanenſium vindicare Nicolai, Mülle-
 rus, Dannhaverus, alii. Aſt & aliàs mira ſomnia prophetica Theodoſii M.
 Peuceri, Peireſkii, Grotii, aliorum referunt autores. Vide Wiſſi Miſcell.
 ſacra T. 1. L. 1. C. 4. §. 4. ſqq. & in præf. ad hunc tomum §. 3. De præ-
 ſagiiis mortis vide Voetii ſel. diſp. theol. P. 2. p. 958. ſqq. & J. F. Mayeri
 diſſ. pec. Witteb. 1687. editam. Quem in cenſum Uſſerii vaticinia, de qui-
 bus vide introd. in hiſt. Theol. lit. P. 2. p. 373. ſpectent, alii diſiudicent.
 Qui ſarraginem ejuſmodi vatium ſequioris ævi & ad noſtrum hoc inclinantis
 noſſe voluerit, adeat Goth. Arnoldi Kirchen- und Kezer-Hiſtorie P. I. L. VI.
 C. 1. §. 17. C. 5. §. 5. P. 2. L. 16. C. 23. ubi & allegat autores, qui datâ
 operâ ejuſmodi vaticinia compilârunt, P. 3. & 4. paſſim. Sic & de vati-
 cinio poëtico Lotichii, deſtructionem Magdeburgi ſic præſagientis diſquirunt
 eruditi. Vide Bælii dictionaire hiſtorique & critique in Lotichius, ubi verò
 exiſtimat, ceciniffe iſta Lotichium de obſidione Mauritanâ, peculiari diſſer-
 tatione reſutatus à Sebaſtiano Kortholto, & Calviſii zerſtörtes und wieder
 aufgerichtetes Magdeburg P. 1. p. 3. 4.

(f) Conſtat, quæ viſiones noſtro ævo jaçtatae, quæ vaticinia facta, quæ nul-
 lus eventus conſtitit, quenam inſpiratorum turbæ Angliam, Belgium &
 Germaniam inundaverint. Conſtat &, quæ viſiones, revelationes & ſomnia
 divi-

divina etiam in Ecclesia Romanâ jaçentur nostro hoc tempore de iis, quos & quas in sanctorum vel sanctarum numerum referunt, unde & subinde magnum à Romanensibus argumentum pro veritate errorum, quos defendunt, capitur. Exemplo ex recentioribus esse potest post Theresiam famosa illa Nonna Hispanica, Maria d' Agreda, quæ in civitate suâ mysticâ, tot in linguas translata, Ecclesiæ Romanæ dogmata ex revelationibus sibi factis maxime stabilitum ivit. Conferri hic possunt Bælius in dict. hist. & crit. tit. *Agreda*, *Memoires de Trevoux* 1725. Sept. p. 1699. 1700. & quam maxime Mich. Geddes in *miscellaneous tracts* vol. 3. n. 3. ubi exstat *the life of Maria de Jesus of Agreda, a late famous Spanish Nun*, erusa ex Josephi Zimenez Samaniego, Monachi Franciscani vitis Mariæ Deiparæ & Agredanæ. Nec tamen negaverim, Deum pro libertate suâ etiam nostro ævo, si velit, charissima prophetiæ sanctis suis largiri posse, & de futuris politiæ vel Ecclesiæ, vel etiam suis aut suorum fati suos commonefacere. Sed probè cavendum hic, ne, quæ feruntur, temerè attipiamus. Conferri verò hic possunt, quæ inter Fabricium & Stolterfothum, Peterseium, Spenerum, Wincklerum aliosque, etiam recentiores, hanc in rem disputata fuere. Vide introd. in hist. Theol. lit. T. 2. p. 371. 372.

- (g) Ita quidem videri possent ex Joel III. 1. 2. Ast oraculum hoc primo isto tempore N. T. quo Apostoli fuere Spiritu S. afflati, impletum ait Petrus Act. II. 16. 17. 18. Si dixeris, promissionem tamen latiore esse & ad sequentia quoque tempora spectare juxta comma 39. respondeo 1. nimum hoc probare, aliàs enim juxta comma proximè antecedens & charissima extraordinarium Sp. S. omnibus baptizatis hodie conferretur, 2. illuminationem ordinariam fidelium N. T. describi à Joë phrasibus à V. T. desumptis. Sic rectè prorsus Witsius l. c. C. 24. §. 18. qui & hanc responsonem aliis V. T. oraculis adplicat, eundem sensum fundentibus. Adde Ursini paralip. L. 2. n. 18. p. 333. 199.

VII.

De falsis Prophetis veterum & recentiorum temporum pauca addimus. Pertinent huc Psevdo-Propheta & fatidici apud Judæos (a). Pertinent huc Vates Gentilium fatidici (b), divini, augures, haruspices, Magi, etiam Ægyptii illi, qui Mosi restitere, oracula vel suppositicia & à sacerdotibus impostoribus ficta vel diabolica vel fortuita (c), oracula etiam Sibyllina (d), impostura Apollonii Thyanæi (e), Muhammedis (f), &c. Imò pertinent & huc omnes istæ fabulosa visiones & varicinia ista ficta ab hæreticis, Simone M. Menandro, Carpocrate, Priscilla, Maximilla, Montano (g), ficta & ab aliis in sequiore Christianismi ævo, item ab Enthusiasticis proximè elapsorum seculorum & hujus quoque. Disseri & hic possent latius in specie

specie de vaticiniis Nostradami (h), aliis recentioribus (i), inspiratorum maximè (k). Sed hæc saltem tangimus (l).

- (a) De his vide post Molinæum in vate & Knibbium in historiâ Prophetarum vati-
dium de verâ & falsâ Prophetiâ itemque de divinationibus idololâtricis Ju-
dæorum, Gærtlerum in Theol. Prophet. C. 6. 12. 25. & Dav. Millii diss. sel.
7. 8. De Pythonissâ Endorâ addi potest nupera cel. Buddei adv. cl. Tur-
rettinum dissertatio epistolica ad A. G. Graffium.
- (b) Autores huc spectantes enarravit Fabricius in Bibliogr. antiqu. C. 12. Ad-
di potest J. F. Arpii delineatio Musei scriptorum de divinatione 1711. 8.
- (c) Confer hic eundem Fabricium, qui autores huc pertinentes appellavit in
Bibl. Gr. L. 1. C. 17. §. 4. & in Bibliogr. antiqu. C. 12. §. 3. Adde Wol-
fium ad Joh. XII. 31. & introd. nostram in hist. Theol. lit. P. 2. p. 25. sqq.
itemque instit. hist. eccl. p. 93. 94. ed. novæ. Fabulam de auditu à Thamo
voce de magno Pane mortuo, cum Christus moreretur, non moramur. Vi-
de nostrum historiæ Ecclesiasticæ systema majus sec. 1. C. 1. §. 12. notâ (3).
Quonam referendæ sint illæ prædictiones de Hispanis in Americam venturis
apud Americanos diu ante ipsorum adventum frequentatæ, ut fertur, haud
liquet. Confer Garcilassum de la Vega dans l'hist. des Incas T. II. p. 408. sqq.
p. 415. sqq. Acoftam, Herreram, Ciezam, alios, & ex illis Hug. Grotium
de veritate Relig. Christ. L. 1. §. 17. Ast & de illis oraculis gentilium, quæ
eventum suum sortita sunt, & forruita tamen esse nequeunt, difficile est
sententiam dicere. Vide tamen hic Danj. Clafenium de oraculis gentilium L.
1. C. 15. & Mœbium de oraculis Ethnicorum C. 5. imò & J. Meiserum de
Prophet. sect. 2. §. 7. p. 30. Rem paucis habe. Oracula gentilium, etsi sæ-
pissimè sefellierint, vera tamen & subinde, quicquid caussentur etiam van
Dale, Fontenellius, alii, prædixere, sive casu fortuito, sive ex sagacitate,
quæ futura feliciter conjicit, sive ex revelatione dæmonis, qui vel ex
causis naturalibus vel ex suâ ipsius destinatione vel ex indicatione Dei aut An-
gelorum nosse hoc vel illud potuit. Ita & vates, quos tamen Prophetas in sen-
su stricto haud appellaveris, tum inter gentes tum ex nostris, uti e. g. Nostra-
damus vera prædicere etiam ex instinctu divino potuere, licet & subinde falsâ
protulerint. Scilicet ludit sic divina in humanis rebus potentia & sapientia,
providentiæ divinæ particularis indicatrix. Sed ais, infirmum itaque argumen-
tum esse, quod ex prophetiis pro veritate religionis nostræ petatur. Respon-
deo, nequaquam. Quemadmodum enim miracula inter gentes facta, mi-
racula Magorum Ægyptiorum, imò & Psepho-Prophetarum & Antichristi ar-
gumentum simile à miraculis petitum haud labefactant, cum miracula verorum
ex nostris Prophetarum sint *summi generis*, miracula ista sequiora infinitis
parafangis superantia, ita & hic res se habet. Instituat vaticiniorum utri-
usque generis collatio & mox apparebit, quid distent æra lupinis, & quæ
majestatis divinæ lux in nostris resideat prophetiis, in illis desideretur. Se-
cundo, Oracula Prophetarum nostrorum capropter veritatem nostrâ probant
religionis, quod sefellere nunquam. Sed sefellere ut plurimum oracula Gen-
tilium, vel saltem ambiguitate suâ lusere homines responâ quærentes. Ter-
tio

riō in oraculis gentilium cetera haud fuere paria, nulla hic doctrinæ veritas, nulla religionis, nulla ipsorum Sacerdotum & Vatum sanctitas, quæ Christianismo propria est.

- (d) Confer hic institut. Hist. eccles. nostras p. 104. editionis novæ. Sunt, qui & huc referant Virgilio Eclogam 4. ubi de Christo varicinatum Poetam asserunt multi. Vide Fabricii Bibl. lat. Vol. 2. p. 229. 230. Adde vero & anonymi diss. pec. in Mem. de Trev. 1702. Juillet p. 115. sqq. & Bulli tradit. de divinitate Christi C. 4. §. 7. 8. maxime vero Spanhemii hist. Eccl. Christ. sec. 1. art. 17. §. 6.
- (e) Confer easdem nostras instit. hist. Eccl. p. 92. & Systema nostrum hist. Ecclesiasticæ majus sec. 1. C. 10. §. 5.
- (f) Vide hic Bælii dict. hist. & crit. tit. *Mahomet* itemque hist. Theol. lit. T. 2. p. 30. sqq.
- (g) Confer hic instit. hist. eccl. p. 139. sqq. ed. novæ.
- (h) Vide *les vraies Centuries Et Propheties de Maître Michel Nostradamus avec la vie de l' Auteur.* à Cologne chez Jean Volcker. 1689. 8. & adde hic introd. in hist. Theol. lit. T. 2. p. 373. atque supra notam (c).
- (i) Pertinent huc visiones & vaticinia Drabicii, Corteri, Poniatovix, Assenburgie aliorumque, collecta ut ab aliis, ita à Pererfenio, Arnoldo, Feustkingio, item Tautii, Tennhardi, aliorum. Imò spectat huc, quicquid visionum & prophetiarum jactatum unquam fuit ab Enthusiasticis, Fanaticis, Anabaptistis, Quakeris in postremis hisce seculis. Vide introd. ad hist. Theol. lit. T. 2. p. 372.
- (k) Vide introd. in hist. Theol. lit. P. 2. p. 385. sqq. ubi tamen omisimus dicere, quid inter Bælium, qui & in epistolis Gallicis hic conferendus est, & Larrejum hic disputatum fuerit. Addi & potest Clerici Biblioth. univers. variis in locis.
- (l) Confer & Bæjeri diss. de propagatione fidei per revelationes fictas, Bælium in pensées diverses T. 2. p. 509. & in Réponse aux questions d' un provincial T. 1. p. 28. sqq. autoreseque citatos à Fabricio in Bibliogr. antiqu. C. 12. §. 3. P. 431.

CAPUT SECUNDUM

idque

DOGMATICUM.

I.

EX vaticiniis iisque adimpletis (a) & maxime in Messia nostro Optimo Maximo sive literaliter sive mysticè adimpletis (b), accommodationem enim (c) & allegationes saltem *nał' ówdu-*
809

πov (d), ad imitationem Judæorum , sacris scripturis sic miserè abutentium (e), factas rejicimus , liquet & ipsorum & religionis olim Judaicæ , nunc Christianæ veritas.

- (a) Ita e. g. Noachus diluvium prædixit , ita Propheta reductionem ex captivitate Babylonicâ , ita Christus destructionem Hierosolymorum , ita Judæorum dispersio in omnes terras tam clarè prænunciata fuit , &c. Taceo alia quàm plurima.
- (b) Confer hic post infinitos alios Huetii demonstrationem Evangelicam Prop. VII. ubi totum vetus Testamentum percurrendo dat oracula de Messia agentia atque explodit Grotii , si tamen hæc tam cruda Grotii mens est , sententiam illam , quæ statuisse fertur , literale de Christo vaticinium in V. T. nullum inveniri , hinc & prædictionibus istis mysticis nullam demonstrationis vim inesse. Addi debet propositio VIII. ubi instituitur *παρεισθησὺς* veteris Testamenti cum novo in iis , quæ ad Messiam pertinent , ubi tota vita omniaque facta Jesu ex oraculis V. T. & maximam quidem partem ex earum literâ eruantur. Huetio ex recentioribus Romanensibus adjungi potest Aug. Calmetus in prefate generali fur les Prophètes art. 5. Patet hinc , qui decidenda nobis veniat nova illa controversia in Angliâ his ipsis annis enata inter Guil. Whistonum & Antonium Collinum , Deistam illam , qui & de libertate cogitandi scripsit. Statuit Whistonus , non dari nisi Scripturæ sacræ sensum literalem , mysticum nullum , omniaque vaticinia de Messia agentia de isto literaliter explicanda esse. Nec opponi hic posse , connexionem istorum oraculorum V. T. , quæ de Messia explicentur , cum antecedentibus & consequentibus applicationem literaliter ad Messiam haud ferre. Jam enim vel codicem Hebræum subinde corruptum esse , id quod ex eo liqueat , quoniam oracula V. T. in Novo ad Messiam adplicantur , quæ in Codice Ebræo non existent , vel malè supponi , quod stylus Prophetarum cohærere debeat , esse enim illum quàm maximè interruptum & Prophetas sine connexionem ullâ subinde ab uno subjecto ad aliud migrare. Ita Whistonus in libello Londini 1708. 8. edito sub titulo : *the accomplishment of Scripture-prophecies* , & in alio recentiore , cui hæc frons est : *An essay towards restoring the true Text of the Old Testament and for vindicating the citations made thence in the new Testament*. London 1722. 8. ubi quàm maximè in supplemento , in quo contra divitatem Cantici Canticorum agit , distinctionem inter sensum Scripturæ sacræ literalem & mysticum sequioris demùm ætatis esse ait , ita quoque , ut dicat , Paulum contra Judæos agentem subinde allegorias ex V. T. desumptas saltem urfisse *κατὰ ἀποστολῶν* , p. 14. 199. refutatus expropter à Carpzovio in vindiciis criticis codicis sacri Ebræi anti-Whistonianis p. 124. 199. & Nonnenio in disput. inaug. de canonicâ autoritate Cantici Canticorum Trajecti ad Rhenum sub præsidio Dav. Millii defensâ , A. 1725. His vero Whistoni sententiis ad Deismum propugnandum dein usus est Collinus , in libro , cui nomen quidem suum haud apposuit , ita inscripto : *a discourse of the grounds and reasons of the Christian Religion , in two parts , the first containing some*

con-

considerations on the quotations made from the old in the new Testament and particularly on the prophecies cited from the former and said to be fulfilled in the latter, the second, containing an examination of the scheme advanced by Mr. Whiston in his Essay &c. London 1724. 8. Heic Collinus ostendit conatur, nullum textum V. T. si respiciatur contextus, de Messia in sensu literali agere, sed saltem in sensu typico & allegorico, qui juxta Whistonum non solum haud sit argumentativus sed & religionis Christianae destructivus, porro, si statuatur, codicem V. T. esse corruptum, non esse amplius fundamentum, cui innitantur Christiani, si vero statuatur incorruptus, juxta Whistonum allegationes N. T. ex veteri non amplius salvari posse. Reposuit Whistonus libellum: *the literal accomplishment of Scripture-Prophecies, being a full answer to a late discourse of the grounds and reasons of the Christian Religion, containing I. predictions of the Old Testament concerning the Messias, cited in the four Gospels and Acts of the Apostles with their natural completions in Jesus of Nazareth. II. Predictions in Dan. XI. from the days of Cyrus the Persian to the End of the world, with their literal completions all along to this day. III. Predictions contained in the four Gospels with their literal completions all along to this day &c.* London 1724. 8. Sed & contra Collinum insurrexere alii, ex quibus eminet Eduardus Chandler, Episcopus Coventriensis & Lichfeldensis in libro: *a defence of Christianity from the Prophecies of the old Testament* London 1725. 8. Samuel Clarke in libello: *a discourse concerning the connexion of the Prophecies in the Old Testament and the application of them to Christ.* London 1725. 8. Thomas Sherlokus in *the use and intent of Prophecy in the several Ages of the world* London 1725. 8. & Arthurus Ashley Sykes in *an essay upon the truth of the Christian religion* London 1725. 8. ut alios quam plurimos taceamus. Reposuit Collinus *the scheme of literal Prophecy considered in a view of the controversy occasioned by a late book entitled a discourse of the Grounds and Reasons of the Christian Religion* London 1726. 12. 2. vol. Heic contra Chandlerum, quem &, uti Collinus ipse, miserè hic traducit Recensitor libri dans la Bibliotheque Angloise T. 15. P. 1. art. 2. p. 103. sqq. Armandus Capella, maxime probatum id item, nullam predictionem V. T. in sensu suo primitivo & literali in Christum quadrare, poscitque à Whistone, ut sibi monstrer saltem ex V. T. tam clarum vaticinium ac sit illud, quod ex verbis Senecæ in Medæâ, choro 2. sub finem erui possit de inventione Americæ & Grœnlandiæ:

- - - - Venient annis
 secula feris, quibus Oceanus
 vincula rerum laxet, & ingens
 pateat tellus, Tiphysque novos
 detegat orbes, nec sit terris
 ultima Thule.

Ex quibus patet, quanti ponderis hæc Deistarum objectio sit, quâ cum Judæis caustantur, oracula V. T. in Jesu Nazareno haud fuisse adimpleta. Sed falsissimum est, quod supponit Collinus, nonnisi vaticinia typica & accommodatitia nos de Christo in V. T. statueret, & nulla in illo exstare oracula, quæ

de Eodem in sensu literali agant. Inductione res mox patefeceret, si hoc jam nobis agendum esset. At conferatur saltem, quem citavimus, Huterius, quo luculentior heic Scriptor non datur & ex quo etiam, quid Romanenses de sensu literalis & mystico sentiant, patet, quorum mentem exprimunt etiam L. E. de Pin in prolegomenes sur l' Ecriture sainte & Bukentopius in tr. de sensibus S. Scripturae & Cabbalâ Judaeorum. Lovanii 1704. 12. Ex nostris Velthemius & Hebenstreitus peculiare dissertationes de sensu Scripturae S. literalis & mystico edidit. Hæc verò dum ponimus, paucis monemus, falli eos, qui arbitrantur, Matth. XXII. 43. & 2. Cor. III. 6. per *spiritum* sensum *mysticum* indigitari, uti per *νεγμματα* sensus *literalis* designetur. Et si enim ita post Augustinum, Innocentium III. & ex Pontificiis quam plurimos putent Clericus ad Hammondum & Lockius ad 2. Cor. III. 6. et si & ad Matth. XXII. 43. ita existimet Massonius in histoire critique de la Republique des lettres T. 1. p. 88. contextus tamen perspicue ostendit, sermonem Paulo esse de lege & Evangelio. Vide Schmidii Colleg. Bibl. posterius loco 10. dicto 2. p. 198. Iqq. Barthii disp. inaug. de literâ occidentis & Spiritu vivificante ad h. l. & Buddeum in instit. Theol. dogm. L. 1. C. 2. §. 23. p. 158. 159. Adde Riveti ifag. ad Scrip. S. C. 14. p. 212. & vel maxime Jo. d'Outrein in responsione ad epist. 2. Cuperi dissertationibus de clangore Evangelii adjectâ p. 434. 435.

(c) Confer hic Huterium in demonst. Evang. prop. 7. §. 4. 5. ubi Grotium refellit, statuentem, *universis* de Christo prophetis duplicem inesse sensum, *primarium*, qui ad historiam temporis, quo edita sunt, referendus sit, *secundarium* verò & mysticum, h. e. allegoricum & remotum, qui Christum respiciat, hinc & his prædicationibus *καὶ ἐκ νόθησι* saltem & per *accommodationem* factis, cui sententiæ frigidam quoque ex recentioribus in libro *καὶ ἀλλωζήσι* affudit Surenhusius, nullam demonstrandi vim inesse, quam sententiam sequitur ferè clariss. Lenfant in literis Gallicis ad Massonium, quæ exstant in histoire Critique de la Republique des lettres T. 6. p. 43. 44. ubi: *qu' il n' y a aucune prophetie de l' ancien Testament, qui n' ait dû avoir un accomplissement literal & que si on ne l' aperçoit pas dans quelques-unes, c' est fautive de l' histoire.* Jam adde, quæ in commentatione de rectâ Theologiae typicæ conformatione p. 11. diximus, ubi & hanc in rem allegavimus cel. Clericum, qui & in Bibl. choisie T. 13. p. 71. paria habet cum cæteris locis ibi citatis. Addi & possunt, quæ ex Whiti Comm. in Esajam idem refert T. 23. P. 2. p. 433. & T. 27. p. 389. Iqq. ubi Grotium contra Vitringam defendit & ostendere conatur, quod Grotius nihilominus sensum mysticum de Messia agentem literali, quem præsupponat, tanquam sublimiorem præferat, quo ipso sanè sententiâ Grotiana plurimum mitigatur.

(d) Vide eandem commentationem nostram l. c.

(e) Ita sanè Judæi maxime in Gemarâ alibique scripturas sacras allegantes quilibet ex quolibet eliciunt, si verba saltem tantisper ad rem præsentem applicari possint, nullo ad contextum, in quo illa jacent, sive antecedentem, sive consequentem respectu factò, sed verbis ex illo obtorto collo raptis. Quod tam concinnum esse ait celeberrimus quidam Whistoni refurator Anglus,

glus, ac si quis vim pulveris febrifugi ex cortice Peruviano tuis his Virgiliū verbis ex contextu suo raptis indigitatam velit :

*Hi motus animorum atque hæc certamina tanta
pulveris exigui jactu compressa quiescent,*

vel cum Leibnitio in Anti-Jacobitâ sub finem fingat, eundem Poëtam de successione Hannoveranâ in Angliâ, de totâ hæc augustâ familiâ, de Rege Galliarum Ludovic. XIV. de facis Pretendentis, qui vocatur, de Marlburio, Bullingbrockio, Straffordio &c. non sanè quoad sensum *literalem*, sed tamen *mythicum* cecinisse. Tantoperè verò hic luxuriant Judæi, ut, si verba quoque hæud satis quadrent, ea aliter legenda velint, ut instituto inserviant. Hinc illud : *אל תקרא כך אלה כך ne legas sic, sed sic*, quod toties apud ipsos frequentatur. Vide primit. Tubing. P. 1. p. 73. & adde R. Simonis disquis. crit. C. 3. p. 16. 17. maximè vero Surenhusium in libro citato passim.

II.

Cùm itaque fundamento scripturarum propheticarum, sanè quàm firmissimo (a) fides nostra nitatur, necessarium est, ut in vaticiniis sacris & sollicitè indagandis (b) & rectè interpretandis (c) omne studium ponamus atque sanctâ prece charisma hoc in commune Ecclesiæ bonum redundans à Deo expetamus (d). Sed, ut recto pede hic incedamus, observandæ hinc nobis erunt regulæ, juxta quas institucunda oraculorum prophetarum interpretatio est (e).

- (a) Vide Eph. II. 20. & 2. Pet. I. 19. Vocatur hic *λόγος ἡ ἀκηκομένης Βεβαίως* non sanè voce Patris de cælis auditâ, quâ nil firminus esse potest, sed testimonio Apostolorum, de quo comm. 16. saltem quoad Judæos, quæ recepta dudum oracula divina extra controversiam erant, cùm autoritas Apostolorum recens esset, aut statuenda hic est enallage modi, cùm comparativus sæpius ponatur pro positivo vel superlativo. Vide Glassii Philol. sacram L. III. Tr. 1. Can. 18. n. 3. Scilicet firmissimus erat sermo propheticus atque tùm per complementum suum, tùm per Christi testimonium, tùm per miracula firmatus, licet ipse miraculis firmior Luc. XVI. 31. Et hic sermo jam dicitur lucere in caliginoso loco sive peccatoris nondum illuminati, sive Vet. Test. sive etiam Novi, in contradistinctione status illuminationis & conversionis, vel N. T. vel statum gloriæ, qui erit status luminis pleni. Appingamus, si placet, interpretationem Jo. d'Outrein in diss. 12. de clangore novilunii, ubi p. 321. 322. ille: *Apostolus Petrus saltem ministerium & verbum propheticum luci lunari comparare videri potest, quando ait: habemus sermonem propheticum firmiorem, & benè facitis, quod attendatis, ὅς ἡ λύχνος φάρον ἐν αὐχμηρῷ τόπῳ, ut lucernæ splendens in obscuro loco (ubi quidem potest allusio esse ad columnam ignis, quæ obscurâ nocte lucebat Israelitis in desertis, vel ad lychnum) & lampades tabernaculi & templi noctu ardentis, sed quidam etiam ad lunam, quæ noctu splendet, quom̄ alterum sellaris hemisphaerium, per*

absentiam luminis solaris, alioqui totum quantum obscurus esset locus, sed
 cujus luce tunc gaudent terricolæ donec dies illucescat & lucifer (ΦωσΦέρον)
 oriatur in cordibus vestris. *Qui locus ita quidem debet explicari, ut discrimen
 indicet veteris & novi Testamenti, vel potius verbi Prophetici & Evan-
 gelici, quorum illud erat instar lucernæ in tenebris lucentis, vel instar lune,
 noctu splendens, hoc autem instar solis, fulgore suo multo lucidior
 omnia colustrans. Verum quando in se spectatur novum testamentum sive
 verbum Evangelicum, illud sanè etiam comparari potest lune, mutuatitia
 luce in tenebris & nocte hujus mundi, & quidem tunc temporis in tene-
 bris Judaismi & Gentilismi lucentis. Quoniam autem verbum Evangelici-
 cum post occasum Prophetarum à tempore Malachie novâ quasi luce exor-
 tum est inde à tempore Johannis Baptiste, jure merito illud cum phasi novæ
 lucis lune comparari potest. Sic vero & Novi Testamenti fidelibus adhibere-
 tur prerogativa prophetiarum longè melius intelligendarum ac Veteris. Vide
 Danj. XII. 4. Zach. XIV. 17. Sed opponunt Deistæ, contra veritatem &
 firmitatem sermonis Prophetici πῶς ἂν λαῶς pugnantes, Prophetas haud esse
 infallibiles, fefellisse enim illos, & ipsos fuisse deceptos, & suos quoque erro-
 res subinde fuisse passos. Diximus hanc in rem quadam supra p. 9. ubi
 loca, quæ à Deistis allegantur, ex parte recensuimus, autoreque allegavi-
 mus hic consulendos. Objiçunt & illi 1. Reg. XXII. 15. sqq. 2. Reg. VIII.
 10. XXII. 20. ad quæ loca responderunt Witius in Miscell. sacr. T. 1. præf.
 §. 9. L. I. C. 23. §. 23. sqq. & Vitringa Obs. sacr. L. 3. C. 16. uti & nos in
 vindictis sanctitatis divinæ ad 1. Reg. XXII. Opponuntur porrò errores Mosi-
 sis, errores Davidis & imprecationes, quas in hostes suos vibravit, error Je-
 remiæ diem nativitatæ suæ maledicentis, & quæ ejusmodi sunt, errores Ste-
 phani Act. VII. ἐναντιοφανεῖαι Biblicæ in universum &c. Sed in hac ex-
 currere jam haud vacat, maximè cum autores allegavimus, hic qui consuli
 possunt, quæ Harmoniæ Biblicæ scriptores adjungi quàm maximè debent.
 Confer tamen & infra Can. VII.*

(b) Jef. XXXIV. 6. Joh. V. 39. 1. Pet. I. 10. Vide antecessorem supra p. 1. 2.

(c) Scilicet ἡ πνευματικὴ γερουσία ἰδίας ἐπιλήσεως, propria & arbitraria inter-
 pretationis non est, cum Viri sancti locuti fuerint à Spiritu S. acti. 2. Pet. I.
 20. Jam enim ἐπιλήσεως hic non est ἐπιλήσεως impulsus, afflatus; nec alludi-
 tur illoque hic ad ἐπίλυσον agonisticam, sed ἐπίλυσος est interpretatio. Vi-
 de tamen, quæ hic monet Witius in miscell. sacr. T. 1. L. 1. C. 11. §. 6.
 sqq. & adde Wernsdorffii nodum in scirpo quassum ad h. l. ubi H. von der
 Hardt refutat, statuentem, quòd his verbis nihil aliud quàm firmitas &
 certitudo vaticiniorum solvi nescia indigitetur. Nolim itaque ἐπίλυσον per
 accessum vertere cum Lackemachero Observ. Philol. P. 2. obs. 6. ubi & ex
 hoc loco probare conatur, prophetiam non esse naturalem, sed approbaram
 potius præstantissimam hujus effari Petrini explicationem, quam pec. diff.
 tradidit Theologus Basiliensis præstantissimus, Sam. Werenfelsius. Vide illius
 opuscula p. 271. sqq.

(d)

- (d) Deus enim, uti Ipse oraculorum autor, ita & eorundem optimus Interpres, per Spiritum suum, quem nobis largitur, est. Jac. I. 17. Adde Gen. XL. 8. Danj. II. 28. Iqq. IV. 16.
- (e) Ejusmodi canones post Coccejum dedere Vitringa in typo Theologiae propheticæ p. 181. Iqq. & in præf. in Esaj, ubi tamen vide observata Clerici in Biblioth. choisic T. 27. P. 2. p. 385. Iqq. Abbas Alfeldius sive de Hazfeld (ex nobili familia Germanicâ oriundus, cujus nomen corrumpunt Galli, qui literas h & z efferre nesciunt,) Doctor Sorbonicus in libello, cui titulus: *Regles pour l' intelligence des saintes Ecritures* à Paris 1716. 12. Driessenius in diatribe de principis & legibus Theol. emblematicæ, allegoricæ, typicæ & propheticæ, Hultius in Theol. Jud. P. 1. p. 442. Iqq. ut alios quàm plurimos taceamus, quos & accensendus venit cel. Rambachius in institutionibus Heremeneviticæ sacræ p. 161. Iqq. 743. Iqq. 780. Iqq. & in commentatione nuperâ de sensus mystici criteriis, ubi variæ regulæ ad sensum mysticum adinveniendum pertinentes huc quoque spectant. Addi & potest Koenigsmannus in pro-dromo clavis Propheticæ passim, itemque Sal. van Til in der Einleitung zu den Prophetischen Schriften, quam in linguam Germanicam vertit Salkerides. Frankfurt und Hanau 1699. 4. Muhlius in apodixi scripturariâ &c. &c. & ante omnes alios Glasius in Philol. sacrâ L. 1. tr. 4. sect. 1.

Canon 1.

Omnis vaticiniorum sacrorum interpretatio, monente Paulo, secundum analogiam fidei (a) facienda est atque ita inspicenda, ut Dei & Messie Ipsius (b) bonos, ut sapientia Ipsius, ut sanctitas, ut bonitas, ut justitia divina, ut œconomiarum divinarum, ut Regni Dei pulchritudo & gloria hinc quam luculentissimè diffalescat, ut & vaticiniorum, ut scripturarum sanctiorum veritas facta & recta conservetur, eaque quàm maximè tollantur evitenturque difficultates, quæ à Deistis, falsitatem religionis Christianæ ex vaticiniorum V. T. perversa, quam cantantur, ad Messiam nostrum & regnum ipsius spirituale applicatione, atque ex vaticiniis utriusque Testamenti, dudum implendis, sed nondum impletis & nunquam implendis arguentibus moventur (c).

(a) Confer Rom. XII. 6. scilicet juxta communem interpretationem, quam & sequitur cl. Rambachius in instit. Hermen. sacræ L. 2. C. 1. §. 2. p. 88. Iqq. Qui aliàs hac verba explicari soleant, vide ad calcem diss. nostræ de articulis fidei Christianæ fundamentalibus & in instit. Theol. P. 1. C. 1. art. 2. §. 8.

(b) Scilicet de hoc Prophete præcipue vaticinati sunt ejusque regno & illius variis periodis atque prerogativis. Confer Vitringam in typo Theol. prophet. P. II. C. 5. §. 7. & Matth. XXVI. 56. Luc. XXIV. 47. Joh. I. 46. V. 39. 46. H. C. 5. §. 7. & Matth. XXVI. 56. Luc. XXIV. 47. Joh. I. 46. V. 39. 46. Hinc III. 18. 24. X. 43. XVIII. 28. Rom. III. 21. X. 4. 1. Pet. I. 10. 11. Hinc illud vetustiorum Ebræorum: כל הנביאים כלם לא נתנבאו אלא לימורת דמשיח

המשיח *Omnes Prophetæ non vaticinati sunt, nisi de diebus Messie*, vel illud: *כל מה שזכר בתורה ובנביאים ובכתובים ורומים אל החכמה* *Omnia, quæcunque memorantur in Lege, Prophetis & Hagiographis, respiciunt ad Sapientiam h. e. Messiam.*

(c) Hinc nati sunt nobis canon 6. 7. 8.

Canon II.

Prophetica itaque Oracula sic nobis interpretanda veniunt, uti Christus, uti Apostoli ea explicavere, explicatione non accommodatitia sed demonstrativa. Hinc & Christus ubique querendus est cum spirituali Regno suo, ubi ad analogiam istam queri potest (a).

(a) Evitandus tamen hic & excessus est, qui Deists ludibrium parit. Omnia, opus est, ut sponse fluant & ut violentia rebus ablit, ne vel tandem Scriptura sanctior in meras allegorias vertatur.

Canon III.

Sensus scilicet mysticus & spiritualis ad Christum ejusque Regnum tendens non saltem cogitandus est in iis oraculis Prophetis latere, quæ expresse in N. T. allegata sunt, sed & in aliis, si analogia certior, sed certior, ratio id suaserit (a).

(a) Dissentimus itaque hic à Limburgio, qui in præf. Comm. in Acta Apost. existimat, ea sola oracula Vet. Test. sensum typicum & mysticum secum ferre, quæ tanquàm talia in N. T. allegata sunt. Refellit illum Vitringa in præf. Comment. in Jesajam. Sed confer tamen Jo. Clerici Bibl. choisie T. 27. P. 2. p. 388. sqq. 408. sqq. H. Muhlîi discuss. controversiæ inter Limborchium & Vitringam de sensu Scripturæ mystico agitæ & cel. Rambachium l. c. p. 24. sqq. ubi allegat & alios ex Socinianis, Reformatis & nostris, eandem cum Limburgio & Clerico sententiam foventes. Nescio vero, qui fiat, ut, cum aliquoties Affeldium appeller, sensum mysticum tam graviter urgentem, nullam tamen mentionem injiciat Ismaelis, Ben Abraham, Judæi conversi, qui Affeldium sed infelici successu refellere conatus est in libello, quem recentent Jesuitæ Parisienses in Memoires de Trevoux 1723. p. 2169. sqq.

Canon IV.

Prophetias explicaturus probe attendat tum ad ea tempora, ad istas circumstantias, in quibus Prophetæ vixere (a), tum ad styli Prophetici rationem, quæ prorsus peculiaris est (b), tum ad parallelismum vaticiniorum (c), quorum unum alterum explicat.

(a)

152

- (a) Hinc quam maximè respiciendum esse putat Paulus Pezronius in *Essay de Commentaire sur les Propheties* à Paris 1693. de quo libro vide L. E. du Pir in *Bibliothèque des Auteurs Ecclesiastiques* T. 19. p. 167. fqq. Velim hic conferri Dav. Knibbe *Historie der Propheten* è Belgicâ linguâ in Germanicam versam à Geroldo Freytagio & editam Bernæ 1709. 4. Balth. Köpckii *Einleitung zu den Propheten*, J. G. Carpzovii introductionem in libros Historicos V. T. P. 3. sub initium &c. &c.
- (b) Sic in Prophetis frequens observatur enallage temporum, ut præfens & præteritum pro futuro ponant, eventus certitudinem designaturi, sic frequens apud ipsos observatur personarum mutatio, ita & frequens apud ipsos comminationum & promissionum mixtura est, frequens ab uno subjecto ad aliud, ab uno argumento ad aliud, sine connexione rerum vel temporum transitus vel saltus, frequens ὄψεσιν πρὸς τέρπον, sic futura sæpius prænunciant illi formâ optandi, imperandi, imprecandi, sic res N. T. sæpissimè describunt illi phrasibus à V. T. desumptis, sic actio subinde ipsis pro annunciatione illius ponitur, dicenda pro faciendis, sic beneficia corporalia ipsis designant spiritalia & quæ ejusmodi sunt. Taceo concisum intricatumque dicendi genus ellipsesque, enallages & hyperboles (licet has ex sacris literis nuper relegaverint Lœcherus, Wockenius & Gerdesius,) ubique regnantes, quo fit, ut, quæ sæpius magnâ cum verborum pompâ & amplitudine dicuntur, haud ita pressè impleta esse conspiciantur, uti e. g. destructio Babelis, de quâ tamen confer S. Bochartum in *Geogr. sacrâ* P. 1. L. 4. C. 15. portenta in cælo & terrâ adimplenda tempore illuminationis illius Apostolicæ solennis Act. II. 19. 20. &c. &c. Velim hic conferri Glaslii *Philol. sacrâ* L. 1. tr. 4. sect. 1. de stylo prophetico & L. 3. tr. 3. can. 8. Huetium in *demonstr. Evang. prop.* 4. de prophetiâ Jesajæ §. 5. & Jeremiæ §. 3. & prop. 7. p. 627. itemque Vitringam in *typo Theologiæ Prophetiæ* p. 187. fqq. 205. 206.
- (c) Talem parallelismum vaticiniorum instituerunt maximè Biermannus in *clavi Apocalypico* & Gurtlerus in *Theologiâ Prophetiâ*, ut alios jam mittamus.

Canon V.

Vaticinia sanctiora interpretaturus Historiam V. & N. T. politicam ecclesiasticamque, Geographiam etiam utramque sollicitè cum iisdem conferat, atque etiam antiquitates Judæorum & gentium sibi familiares reddat, ut sensum oraculorum eò præstantius capere possit, nec ad eventus jam factos oracula vel per meram conjecturam, vel obtorto collo rapiat, ubi historia contradicit (a).

- (a) Peccatur hic sanè plurimum à Prophetarum interpretibus, quos datâ operâ haud nominamus. Ita sunt, qui vaticiniorum systemata composuere atque ad historias applicaverunt eventusque etiam maximè singulares, nostri etiam hujus ævi & proximè antecedentium seculorum, miris sanè conjecturis. Ita singi-

fingitur subinde status Ecclesiæ inde à tempore Constantini M. florentissimus, cum multis modis miser tùm jam extiterit, ita præsens Ecclesiæ, etiam reformatarum status spiritualis à paucis rectè dijudicatur, ita conversio Judæorum successiva fingitur & hodie continuari per istos Judæorum, paucorum sanè, sed maximam partem hypocritarum profelytismos, & designata esse à Prophetis conversionem Judæorum universalem ad Messiam olim futuram præfagientibus, ut alia jam taceamus, infra etiam paulisper tangenda. Jam enim complementum rei augustum, magnificum & universale, quod non saltem hunc vel illum orbis angulum spectet, sed per magnam illius partem diffundatur, cæteris paribus, esse debet. Ita & sine dubio peccant, qui Apocalypsin, maxime, qui totam, vel & priora saltem capita ad destructionem Reipublicæ Judaicæ referunt & verba miris modis torquent, uti Grotius, Hammondus, Lightfootus, Pegarius, Calixtus, Knorrius, Herm. von der Hardt &c. Confer hic diff. B. P. Karlii in Bibl. Brem. Cl. 6. fasc. 6. art. 4. p. 1105. fqq. Ita ineptissimum illud Chetardæi, Curati S. Sulpicii Parisiensis somnium est, qui dans son *Apocalypse expliquée par l'histoire Ecclesiastique* ad Apoc. IX. 1. Lutherum per stellam de celo sub quintâ tubâ cadentem intelligit. Ita & sine ullo dubio peccant Hammondus, Bossuetus, Calmetus, alii, qui ruinam Babylonis in Apocalypsi depictam explicant de Româ ab Alarico captâ, uti egregiè ostenderunt Vitringa, Olearius & Iselius. Ita & ludibrium debuit eruditis, qui Ludov. XIV. Regem Galliæ in Apocalypsi vidit & per Angelum, qui pedem unum in mari, alterum in terrâ stirit, Apoc. X. 1. 2. Guilielmum III. Angliæ Regem intellexit. Vide Mich. de la Roche Memoires litteraires de la Grande Bretagne T. I. p. 243. Ita nuper fuit Vir doctus, Kohlreißius, qui de Pietismo quid in Apocalypsi vidit, in Chronologiâ sacrâ p. 479. fqq. Ita & Coccejum passim hallucinari dudum observârunt Viri docti. Vide diss. de rectâ Theologiæ typicæ conformatione p. 23. Ast ex innumeris exemplis ista saltem proferimus. Nemo yero inter recentiores Whistonum hic superat,

Canon VI.

In Visionibus & emblematis Prophetiis generalis visionum scopus, quemadmodum in parabolis, ante omnia attendendus, nec vel ratio temporis (a), vel numerorum (b) vel aliarum circumstantiarum premenda, ne in difficultates inextricabiles incidamus.

- (a) Vide Act. I. 7. & adde Marc. XIII. 32. Exceptio tamen hic facienda est exemplorum, ubi temporis ratio in scopum visionis præcipuum coinfluit, uti subinde in visionibus Danjeliticis. e. g. C. IX. fqq.
- (b) Hic Canon in Theologiâ propheticâ maximi profecto usus est, etsi vix ab ullo Interpretum frequentetur. Quid, quæso, causæ est, quod in interpretatione Apocalypseos Johannæ tam infelices hæctenus extiterint Interpretes, infinita ferè systemata condentes, ex quibus tamen nullum est, quod non difficultates aliarum inextricabiles? Ratio hæc est, quod omnes temporis nu-



metorum aliasque circumstantias nimis pressè sumere, & sic, ubi complementum quasivere, in determinando illo in difficultates lapsi sunt, quas solvere haud potuerunt. Scilicet eadem hic, quæ parabolarum ratio est, ubi ad tertium illud saltem, quod intenditur, & ad scopum parabola vel visionis generalem attendendum est. Tàm vero solida est & certa hæc regula, ut ne quidem numerus ille bestia apocalypticus Apoc. XIII. 18. exceptionem hic faciat. Mirum est, in quæ hic abeant divortia & quas cumulent conjecturas Interpretes, tùm veteres, tùm recentiores. Ita sunt, qui in nomine Antichristi hunc numerum 666. quarant, ex Patribus Irenæus, ubi ad L. 5. adv. her. C. 30. vide notam Feuardeni ad nomina Antichristi, Hippolytus, Andreas Casar. Aretius, Primasius, Haymo, Rupertus, e. g. in voce $\Delta\alpha\lambda\epsilon\iota\sigma$, aliisque, ex recentioribus infiniti, tùm in datâ voce $\Delta\alpha\lambda\epsilon\iota\sigma$, tùm in $\rho\omega\mu\iota\tau$ &c. &c. tùm in nomine Trajani $\Theta\upsilon\lambda\lambda\iota\sigma$, uti Grotius, vel in Diocletiani, uti Hervæus, Bossuetus & Calmetus, vel in Juliani Apostatae, uti Chetardæus, vel in illis 666. $\kappa\kappa\kappa\tau$, ipsâ hæc voce sed computato tamen Dagesch numerum 666. continente, reditu isto amplo Salomonis I. Reg. X. 14. 2. Chr. IX. 13. qualem amat Antichristus, in $\rho\omega\mu\iota\kappa\iota\sigma$, cuius familia constabat ex 666. Efr. II. 13. uti Broughtonus, Hardius, Vitringa, vel in $\mu\alpha\upsilon\mu\epsilon\tau\iota\sigma$, uti post alios Genebrardus & Vychagius, vel, uti Clericus ad Hammondum, in verbis: $\Delta\iota\omicron\varsigma\ \epsilon\iota\mu\iota\ \eta\ \eta\epsilon\upsilon\varsigma$, quam sententiam, ingeniosissimam sanè, approbat quoque illustratque Zornius in opus. sacris T. I. p. 168. ut infinitas alias ejusmodi conjecturas taceamus, quas collegere, qui peculiare de numero isto dissertationes suis quoque subinde adjectis symbolis scripsere Helvigius, Prætorius, Paschius, V. E. Læscherus & L. C. Sturmus; atque etiam novas Driessenii, Hafæi, Heumannii aliorumque sententias, Bibliotheca Bremensî insertas, hæc mittamus. Alii computationibus Cabbalisticis & mysticis hæc indulgent, nescio quæ mysteria de Antichristo hic fingentes. Ita Franc. Potterus, ita Medus, peculiaribus libellis, ita Coccejus, Forbesius, Morus, Mulierius, Peterlenius, Horchius, Deusingius, Reinbeckius. Alii rursus numero hoc putant designari A. C. 666. quo Antichristianismus ortus fuerit, vel annos durationis ipsius. Priorem sententiam adoptarunt Stephani in diss. charactere & numero bestia, alii, & nuper quoque Kohreiffius, qui tamen & alibi ex Rosario Pontificiorum numerum hunc extrahit. Posterior sententia fuit maxime Melch. Kromayeri, qui eapropter ruinam Antichristianismi in annum 1742. retulit. Fuit & Anonymus Anglus, qui Londini A. 1655. librum edidit sub titulo: *Roma ruina fatalis A. 1666.* quem refutavit Theoph. Spizelius. Denique exstitere &, qui ænigma hoc insolubile esse existimaverunt, licet regulas dederint, qui solvi id debeat possitve, uti ex recentioribus J. C. Seizius. Ast in re planâ mirum est, qui fiat, ut cespitent Interpretes. Scilicet bestia illa Apocalyptica non unicam saltem determinatamque personam sed legionem h. e. insignem persecutorum & seductorum Ecclesiæ catervam indigitat, pro-ut ille dæmon Luc. VIII. 30. *legionem* dæmonum dixit. Constabat autem legio Romana ex 6666. militibus, referente Hesychio in Etymologico:

D

ἄεϋε

Λεγεὼν πλῆθⲟⲩ σεαυτοῦμαⲓⲟⲩ ἢ ἄγμαⲓⲟⲩ ἐξ χιλιάδων, ἐξαποσίων ἐξή-
 κοντα ἕξ. Eadem ferè habent Vegetius & Suidas. Confer autores, qui de
 legionibus Romanis scripsere, Lazium, Lipsium, Robotellum, Patricium,
 Bæclerum, Schwvarzium. Jam si juxta computum apud Judæos usitatum,
 minorem illum, 11137 1737 millenarium demas, restabunt 666, numerus
 legionis, multitudinem hic *in genere* designans. Quod restat, cùm in no-
 minibus infinitis numerum istum reperire detur, cùm & ludicrum istud inter
 Pontificios & Protestantas certamen sit, uti vel solis exemplis Rich. Simonis
 & Petri Jurixi constar, nolim, ejusmodi fumos in re serià ab Interprete ven-
 di. Vide Benthemii Holländ. Kirchen- und Schulen-Staat P. 2. C. 4. p. 430.
 sqq. Nolim & hinc numerum 666. in nomine Βενέδικⲓⲟⲩ, quod gerit ho-
 diernus Pontifex Romanus, quærere, uti Blasius Viegas, Jesuita Eboresnis
 Lusitanus in comment. in Apocal. sub initium prloris sæculi Venetiis, Eboræ,
 Coloniae, Parisiis, Lugduni edito ad h. l. licet curiosum videri possit,
 quòd vox Βενέδικⲓⲟⲩ hunc numerum ferat, id quod ex computo liquet.

β	2
ε	5
ν	50
ε	5
δ	4
ι	10
κ	20
γ	300
ο	70
ς	200
<hr/>	
	666

Canon VII.

Cùm prophetie alia sint absoluta, alia conditionata, ex decretis
 scientia Dei media oriunda (a), quorum conditione haud impletà vel
 implenda, licet implebili, ipsius quoque prophetia complementum, ut-
 pote nunquam futurum sed saltem futuribile, frustra expectatur (b),
 magna hic cautela nobis adhibenda est, ne futura Ecclesie vel politica
 fata temerè determinemus & præfagiamus (c), & sic ventura arati ali-
 quando ludibrio simus.

155

(a) Dari ejusmodi vaticinia conditionata, certè enim & hic promissiones & minæ cum vaticiniis pari passu ambulant, liquet tum ex Jer. XVIII. 7. sqq. tum ex inductione Jes. XXXVIII. 1. sqq. ubi nolim sanè cum P. Molinæo in vate L. 1. C. 6. dicere, Jesajam ex præcipitantiâ mortem instantem Hiskia comminatum esse, non ex divinâ inspiratione, Jer. XXVI. 18. 19. Jon. III. 4. sqq. Addunt Gen. II. 17. XII. 7. sqq. XIII. 14. sqq. XV. 7. sqq. 18. XVII. 8. XLVI. 4. Lev. XXVI. Deut. XXVIII. sqq. Jud. X. 13. 1. Sam. II. 30. XXIII. 12. 2. Reg. XIII. 17. sqq. XXII. 20. coll. 2. Chr. XXXV. 23. 24. Jer. III. 14. sqq. XXII. 4. 5. XXIX. 14. Ezech. III. 6. XXXIII. 13. Zach. VI. 15. qui locus maximè huc pertinet, Matth. X. 23. XI. 21. XII. 39. 40. Joh. I. 51. II. 19. 20. Act. XXVII. 31. Hinc distinguunt Theologi inter vaticinia *conditionata* & *absoluta*, monente Heineccio in der Prüfung der neuen Propheten C. 4. §. 8. sqq. p. 177. sqq. ubi verò simul Bulckeleyum refutat, falsa Pseudo-prophetarum novellorum ex Anglis vaticinia hæc distinctione excusaturum, cum tamen prædictiones ipsorum e. g. de resuscitatione D. Emesii aliaque absoluta & decisivæ fuerint, unde & pronò lapsu cadunt, quæ ad ea defendenda ex hoc ipso fundamento protulit Jo. Laÿ in epistola Anglicæ ad Josiam Woodvardum p. 7. sqq. Eandem distinctionem inculcant Stillingheetus in originibus sacris L. 2. C. 6. & Wirtius in Miscell. sacr. T. 1. L. 1. C. 15. §. 41. sqq. itemque Surenhusius in *Βιβλα καλαμαρις* p. 76. ubi quam maximè hanc in rem conferendum ait Jer. XXXII. 30. de Jechoniâ sterili futuro & ἀτένω, qui tamen post penitentiam suam procreaverit filios 1. Chr. III. 17. Sed addendi hic quoque veniunt Grotius ad Ezech. XXXVII. 19. XLVII. 13. Zach. VI. 15. Luc. XIX. 44. alibique, Episcopus Instit. Theol. L. 3. C. 24. §. *sed verò*, Curcellæus Instit. rel. Christ. L. 5. C. 26. §. 5. 6. & Limburgius Theol. Christ. L. 3. C. 28. §. 4. & hi quidem, objectionibus Judæorum sic satis feliciter respondentes, causantium, ea, quæ de temporibus Messia à Prophetis prædicta fuere, temporibus Jesu Nazareni haud esse adimpleta. Scilicet causa, cur ista omnia haud ita adimpleta fuere, existit, quòd conditio, sub quâ prædicta fuere, haud fuit adimpleta, uno verbo, Judæorum incredulitas. Zach. VI. 15. Et hanc quidem respon- sionem haud rejicere ipsi possunt Judæi, cum aliàs in Talmude illam aliâ occasione ingeminent. Ita existat locus Berachot f. 4. & Sotha f. 36. ubi dicitur, promissâ quidem fuisse Judæis Babylone exituris eadem signa, quæ ipsis contigerint Ægypto exentibus Mich. VII. 15. sed, quòd tum haud contigerint, fecisse ipsorum peccata. Nec minis simile quid hanc in rem habet Moses Maimonides de fundamentis legis C. 10. §. 4. ubi ait, non semper cum pro Pseudo-Prophetiâ habendum, cujus de malis eventuris prædictio eventum haud sortiatur, cum Deus longanimis sit & misericors, faciliq; ipsum comminationis factâ pœniteat, uti exemplis Hiskia & Ninevitarum constat, sed bonum, quod promiserit Deus, revocari nunquam, etsi & heic exceptio de- tur. Jer. XXVIII. 8. 9. Verba Maimonidis referunt Seldenus de Synedrâ ver. Ebr. L. 3. C. 6. §. 3. & Stillingheetus in orig. sacris L. 2. C. 6. §. 14. Quæ ipsa licet ita se habeant, non tamen distremur, maximo abusui distin- ctionem istam subjacere, qui verò usum non tollit. Scilicet de criteriis va- tici-

viciniorum *absolutorum* & *conditionatorum* ante omnia constare debet, quæ num rectè posuerint Stillingfleetus, Wirtius, Curcellæus l. c. C. 24. §. 2. §. alii, nunc haud disquirimus.

(b) Jam verò, num hæc vel illa prophetia sit absoluta vel conditionata, ex eventu subinde, imò plurimum æstimandum est. Eventus enim & complementum juxta veriverbium commune clavis Prophetiarum est.

(c) Nova hæc ferè regula est, quam hic paucis saltem inferimus. Vaticiniorum Interpres judicio pollens nullum tempus, quo vaticinium impleri debeat, determinat. Mirè itaque erravere hæctenus & fallitatis etiam ex parte jam convicti sunt, qui tempus millennii Apocalyplici, destructionis Antichristi, diei ultimæ aliæque determinare sustinuerunt, uti e. g. Sperberus, Braunbohmus, Matth. Hofmannus, Medus, Beverleyus, Peterfenius, Allixius, M. Kromayerus, Horchius, Whistonus, cujus *Essay on the Revelation of S. John* Cantabrigiæ 1706. 4. prodit, Kohlreiffus, alii, maxime Juræus, qui commentario novo in Apocalypsin edito ostendere voluit, Antichristianismum Romanum proxime deletum iri atque Reformatos Gallis pulsos ante absolutum inde ab A. 1686. triennium in patriam remigraturos. Vide ipsius *accomplissement des Propheties ou la delivrance prochaine de l' Eglise. Ouvrage dans lequel il est prouvé, que le Papisme est l' Empire Antichretien, que cet Empire n' est pas éloigné de sa ruine, que la persécution presente peut finir dans trois ans & demi. Après quoi commencera la destruction de l' Antichrist, laquelle s' achevera dans le commencement du siècle prochain, & enfin le regne de Jesus-Christ viendra sur la terre.* Jam, cum eventus Juræus refutaret, ludibrio is fuit & Romanensibus & suis. Ex Romanensibus quidem, qui risere Virum, uti vel maxime ex Pauli Pellissonii libello, *les chimères de Mr Jurieu* apparet, & hæc occasione certatim Apocalypsin, ex quâ sua eruebat somnia Juræus, aliâ viâ, licet & antiquis trita, explanavere. Primus fuit J. B. Bossuetus, cujus exstat *l' Apocalypse avec une explication* à Paris 1690. 8. quem verò libellum nullo applausu exceptum fuisse refert Calmerus. Adde ejusdem Bossueti *histoire des variations des Eglises Protestantes* L. 13. Secundus fuit de la Chetardye, Curatus S. Sulpicii Parisiensis. Hujus habetur *l' Apocalypse expliquée par l' histoire Ecclesiastique* à Paris 1702. 4. cujus libri quarta editio eaque auctior prodit ibidem A. 1708. 4. Eadem hæc methodus fuit Danj. Hervei in explanatione historica *Apocal. Lugd. 1684. 4.* editâ. Tertio loco nominamus Nat. Albertum de Verfe, qui Parisiis secundum principia Grotiana aliæque tum Chiliaistica, tum Pontificia, contra Juræum quoque edidit *la clef de l' Apocalypse ou histoire de l' Etat de l' Eglise Chrétienne sous la IV. Monarchie* 1703. 12. 2. tomes. Huic succedat L. Ellies du Pin (autor enim non est Mauduit, uti exstat in *Journal des savans* 1715. Mars p. 259. sed iste, quem nominavimus, uti videre est ex Mem. de Trev. 1715. p. 2.) qui Parisiis 1714. 8. edidit *Analysé de l' Apocalypse, contenant une nouvelle explication simple & literale de ce livre avec une dissertation sur les Millénaires, sur l' état des ames après la mort, sur le purgatoire, sur le Jugement & sur d' autres matières impo-*

portantes.

portantes de la religion. Agmen claudat Augustinus Calmetus, elegantis iudicii & magnæ doctrinæ Vir, & Congreg. S. Vanni & S. Hydulphi Monachus Benedictinus in *Commentaire literal sur l'Apocalypse & Prolegomenis doctissimis*. Atqui verò his systematis suis Romanenses non saltem systema Juris Apocalypiticum sed & commune illud Protestantium subversum eunt. Ex Reformatis Juræum risit maximè P. Bælius, cujus inspicere hic potest *avis important aux Réfugiés sur leur prochain retour en France*, item Dictionnaire hist. & crit. in articulo *Braubom*, porro la *Cabale chimérique*, ses *lettres* &c. &c. Quod restat, du-Pinianum cætera Gallorum istorum systemata Apocalypitica sine dubio vincit. Sed hæc saltem *ὅς ἐν παροῦσα*.

Canon VIII.

In omnibus vaticiniis ante omnia ad subjectum probe attendendum est (a). Dijudicandum verò id præcipue est ex predicatis suis. Quæ si alia, sublimiora, si augustiora, si majora sint, quam quæ litera subjectum designans fert, ad sensum typicum & mysticum, qui quippe Scripturis Orientalibus, maximè Judæis tam familiaris, imò solennis est, licet hæc scribendi ratio à nostrâ hodie plurimum abhorreat, ceteris paribus (b), recurrendum erit, vel ita, ut cum literali sensu conjungatur & subjectum exsurgat compositum, vel ita, ut solus sensus mysticus valeat & sic literalis evadat, litera solum sensum sublimiorem involvente (c). Nec tamen temerè deferenda litera vel sensus literalis (d) est, sed semper admittendus iste, ubi potest, nec allegorie vel typi præter rationem venandi. Modus enim hic, ut in rebus sit, necesse est, & medium beati tenent.

- (a) Ostendit hoc natura rei ipsius, sed urgent canonem Sal. van Til in *Introductio ad Scripta Prophetica* P. 2. C. 4. 5. itemque Vitringa in *typo Theologicæ Prophetiæ*, P. 3. C. 2. p. 181. 199. Rambachius, alii.
- (b) favente nempe vaticiniorum parallelismo, favente eventu ipso, favente totâ regni divini œconomia. Aliàs valet, quod supra diximus, in notâ ad can. 4. notâ (b) p. 23.
- (c) Confer Vitringam l. c. p. 183. 199. & Rambachium in *comment. de criteriis sensus mystici* p. 40. 199.
- (d) Velim tamen hic distingui inter sensum literæ & sensum literalem, ne, quæ mus, à rerum imperitis malè, ut fieri solet, intelligantur. Sensus literæ est, quem litera in se spectata propriè fundit. Sensus literalis est, quem requirit contextus. Hic si literæ simul sit sensus, proprius est, si à sensu literæ abhorreat, figuratus est.

Canon IX.

In vaticiniis sacris explicandis is sensus sequendus est, qui, consideratis omnibus circumstantiis, omnium facillimus est, & sine violentiâ vel longâ nimis investigatione rebus adhibita lectori judicioso mox in mentem labitur. Nulla hic systemata Prophetica, nulla alie præconcepta opinionis præsupponenda sunt, ad que prophetiarum explanationes exigenda sint.

Canon X.

Si verò tanta apud nos tenebra militent, ut vaticiniorum sensum evuere prorsus nesciamus, fateamur, quaso, id ingenuè & ad ἐποχὴν tanquam ad sacram anchoram confugiamus. Nec pro certo sanè venditemus, quod aliquam saltem veri similitudinem habet, aut conjecturam tantum sapit, licet re verà optimus ille vaticiniorum interpret subinde sit, qui optimè conjecerit. In illis tamen vaticiniis, quibus veritas religionis Christiane innititur, certitudo prorsus scètanda est, ut confirmetur animus, quod verò per gratiam fit (a).

(a) Hebr. XIII. 9.

III.

Et sic jam, positis hisce regulis fundamentalibus, quas tutas, quas solidas existimamus, systema Theologiæ Propheticae nobis inde ab Adami temporibus usque ad præsens ævum & consummationem seculi atque futura beata tempora condendum esset. Sed hoc quidem prolixiori tractationibus theologiæ typicæ & propheticae olim condendis, dudùm utpote à nobis promissis, reservamus, pauca saltem specimina de vaticiniis propheticis de quatuor Monarchiis (a), de conversione Judæorum & gentium universali (b), de reductione Judæorum in Palæstinam (c), de Gogo & Magogo (d), de Antichristo (e) & Babylone mylticâ (f), de millennio Apocalypticò (g), de resurrectione primâ & secundâ (h) & visionibus Ezechielicis, Danieliticis & Apocalypticis (i) hic subjuncturi.

(a)

(a) Qui recentiores hic doctorum sententias nosse velit, adeat, licet, J. G. Jani *diff. de quatuor Monarchiis Vitembergæ A. 1712.* editam, ubi Bodini, Becmanni & Hardtii, quem & refutavit Karlius in *Bibl. Brem. Cl. 5. fasc. 1. n. 4. & Cl. 3. fasc. 5. n. 2.* systemata enarrantur & refelluntur & communis sententiæ rationes probabiliore exponuntur. Cocceji, qui leonem putat esse regnum Imperatorum Christianorum primum, ursum regnum Gothorum, Vandalorum & Longobardorum, pardum imperium Musulmannicum, quartam bestiam imperium Caroli M. & successorum in Germaniâ & Galliâ, refutavit Witfius in *Miscell. sacr. T. 1. L. 2. diff. 4. de quatuor bestiis Danjelis.* Difficultates communis quoque sententiæ recensuit, qui novum de summis istis imperiis systema condidit, J. C. Artopceus. Conferri & potest J. D. Mannii *Gericht des Allerhöchsten &c. Sulati 1720. 4.* editum, ubi per parvum illud cornu regnum Ottomannicum intelligit, quod aliâs per bestiam quartam significari putat Vitringa in *Anacrisii Apocalyp. p. 797. fqq. 1045. fqq.* Jam ex omnibus hisce difficultatibus, quæ omnia ista systemata pre-munt, se extricaverit interpres, si statuerit, in visionibus hisce Dan. II. & VII. in genere nihil aliud designari, quam successionem imperiorum mundanorum magis vel minus potentium & in plura subinde specialiora imperia, secum tamen invicem haud adeo combinata, dissidentium, quæ verò omnia à Deo judice & Messîa olim destruenda sint, regnum cum sanctis suis olim in cælis stabilituro. Certè, qui specialiores istas imperiorum determinationes dare hic voluerit, næ is insuperabile sibi negotium imposuerit.

(b) Hanc, maximè, qui Chiliafmo favent, adhuc expectant adimplendam. Neque enim tam plena contigit modo, & certè prædicta est. Num verò hæc prædictio sit absoluta, an conditionata, tempus docebit. Vide supra can. 5. notam (a) & can. 7. notâ (b).

(c) Scilicet hæc reductio & Judæ & Israëlî adeoque etiam decem tribubus promissa est, & quidem in temporibus Messîæ. Confer hic maximè *Afeldii regles pour l'intelligence des saintes Ecritures*, ubi in parte secundâ regulæ illæ applicantur ad reditum Judæorum in Judæam p. 203. fqq. Triplex difficultatis datur solutio. Prima est, rediisse etiam decem tribus ex captivitate in Judæam, eodem tempore cum tribu Judæ. Ita ex recentioribus Kortu-nius in *den Heb - Opffern 5. Beytrag. n. 3. p. 456. fqq. 22. Beytrag. n. 2. p. 75. fqq.* cui verò respondit *Rullmejerus 30. Beytr. n. 5. p. 844. fqq.* maximè verò *Augustinus Calmetus* in dissertatione commentario literali in *Ezechielem præmissâ, où l'on examine, si les dix tribus sont revenues de leur captivité dans la terre d'Israël.* Secunda est, vaticinia ista de conversione Judæorum saltem intelligenda esse de congregatione illorum ad Ecclesiam N. T. vinculis captivitatis spiritualis solutis. Tertia est, reductionem hanc adhuc esse expectandam & implendam. Postrema illis displicet, qui Chiliafmo haud favent, estî novissimè defensa à *Coccejano, Witfio, Meyero, Whistonio, Peterfenio &c.* Media communis est sed sanè verba Prophetarum torquet. Prima contra historię veritatē militat, ut facile est demonstratu. Confer *Witfii δειξιματα C. 5.* Res ab eventu pendet, num hæc vaticinia

nia sint absoluta vel conditionata. Vide supra Can. 7. autoreſque notā (a) allegatos. Conditionata eſſe eo ſere liquet, quoniam decem tribus nullibi inveniuntur, ſed ita confuſe ſunt, ut diſtingui, ut colligi nequeant. Vide Guſſetium in קדקד שמש f. 52. ſqq. Scilicet deliteſcere eas vel in quodam felicis Arabiæ angulo, quod Whiſtoni ſomnium eſt, qui ex 4. Eſr. XIII. 39. ſqq. itemque ex Jeſ. XI. 11. XLIII. 3. nominibusque urbium quarundam Arabicarum Ebraicis id probare conatur, vel ultra flumen Sabbaticum, utopicum illud, vel in Indiā orientali aut apud Sinenſes vel in Americā, vel alibi, nemo facile dixerit, niſi qui fabulis delectatur. Confer, ſi placet, hanc in rem orationem noſtram 3. in nativitatem Salvatoris, in Intr. in hiſt. Theol. lit. P. 3. p. 524. & adde Buxtorſium in lexico Talmudico & Rabbifico f. 1417. ſqq. & in præf. in librum Coſri, Cunctum de republ. Hebr. L. 2. C. 24. itemque poſt Adrianum Pauli & Wilhelmum Wilhelmium, qui de decem tribubus ſcripſere, Wiſium in Σεραβύλλο C. 8. §. 8. ſqq. Huetium in demonſtratione Evangelicā prop. 9. C. 4. §. 14. Ludolſum in hiſt. Æthiop. L. 1. C. 8. n. 115. & comment. ad h. l. f. 132. ſqq. Leydekkerum de vario Reipublicæ Hebræorum ſtatu L. 3. C. 4. f. 270. ſqq. & Baſnagium dans l'hiſtoire des Juifs T. 7. C. 2. ſqq. nec minus Hulſii Theol. Jud. P. 1. p. 405. ſqq. & quam maximè Eiſenmengerum in dem entdeckten Judenthum P. 2. C. 10. itemque Wolfii Biblioth. Ebr. T. 2. p. 1091. ſqq. atque Fabricii Bibliograph. antiq. C. 1. p. 17. ſqq. & cod. pſevdep. V. T. Vol. 2. p. 189. ſqq. 285.

- (d) De Gogo & Magogo, vel Gogo ex terrā Magog quid ſentire debeant, ſere neſciunt Interpretes, qui datā quoque operā de hoc argumento egere, Prideaux, Coccejus, Medus, Hulſius, ex noſtris Gerhardus, Geſnerus, Oſiander, Gebhardi. Sunt qui Scythas, ſunt, qui Syros, (Syria enim Scythopolis eſt,) & maximè Antiochum Epiphaneſem, Judæorum perſecutorem, ſunt, qui Romanos, ſunt, qui Gothos, ſunt, qui Turcas, ſunt, qui gentes Americanas, ſunt, qui Antichriſtum magnum hic indigitatum putant, uti e. g. Coccejus, qui per vallem Gogi intelligit vallem Tridentinam, miro ſomnio, quod recenſet & refellit Wiſius in Miſcell. ſacris T. 1. L. 3. C. 2. §. 21. C. 4. §. 108. 109. Noviliſimus Interpres, quem modo appellavimus, Calmetus per Gogum Cambyſen intellectum vult. Vide ipſius diſſertationem alteram Ezechieli præmiſſam ſur Gog & ſur Magog. Sed non opus eſt, ut in quaerendo Gogo & Magogo tantoperè deſidemus. Vel enim juxta Can. 6. dicendum erit, Gogum & Magogum in genere gentes Eccleſiæ ex Judæis & gentibus converſæ adverſas denotare, à Deo ſolenni judicio juxta Joel. III. 7. deſtruendas, quam ſententiam jam in Inſtit. Theol. dogm. P. 2. C. 11. §. 3. p. 563. defendimus, vel juxta Can. 7. & 10. ex eventu demum ſenſus & ratio prophetiæ æſtimanda erit.
- (e) De Antichriſto magna ſententiarum diverſitas eſt. Vide Introd. in hiſt. Theol. lit. P. 1. p. 104. ſqq. ubi p. 106. omiſimus Abr. Neſſoni librum: *a perfect description of the Antichriſt and his falſe Prophet, wherein is plainly ſhewed, that Oliver Cromwell was the Antichriſt and John Preſbyter or John Covenanter his falſe Prophet, vvritten in the year 1654. London 1660. 4.* Ita & exiſtat

1528

estat ὁ Ἄντιχρῆστος, the great Antichrist revealed, ubi probatum itur, Antichristum esse colluviem Presbyterianorum & Independentium by Gruffith Williams, Bishop of Ossory London 1660. fol. Hac supplementi saltem ergo. Rem ipsam quod spectat, per Antichristos vel Antichristum, quem sacra pagina notat, intellexeris omnes illos Ecclesia vel seductores vel hostes, qui ipsi infesti sunt, sive intra sive extra Christianismi sint promeria, inter quos talis utique est καὶ ἑξοχὴν eritque insignis ille Ecclesia Christiana hostis, quem in ultimo die Dominus, Salvator noster condemnabit. Confer can. 6.

- (f) Per Babylonem Apocalypticam sunt, qui Hierosolymam, per Romanos deinde dirutam, sunt, qui Romam paganam, sunt, qui Romam recentiore, cui Pontifex Romanus dominatur, sunt, qui Romam futuram, Antichristi olim sedem, intelligunt. Et sane Hierosolyma quoque fuit & est septicolis. Vide Lakemacheri observ. Philol. P. 3. obs. 6. p. 285. sqq. qui ceteros hic Autores allegat. Jam & Constantinopolis quoque septicolis esse dicitur, quam & alii hic indigitari putant. Sed vide Viringam in Apocal. XVII. 9. p. 1035. Non erraverim, si per Babylonem illam mysticam censuerim intelligendam in genere totam illam hostium Christi adversantium & Ecclesiam Christianam instantium catervam, uno verbo, Regnum tenebrarum, Regno lucis adversum, iudicio divino olim destruendum. Ita ex antiquioribus Augustinum tum in homiliis in Apocalypsin, tum ad Ps. 61. 64. 86. 125. 136. 149. tum de catechizandis rudibus C. 21. tum de civitate Dei L. 14. C. 13. L. 18. C. 18. L. 20. C. 9. & ex recentioribus, haud male sane, Poiretus dans P. oeconomic divine T. 5. Ch. 5. §. 23. sqq. p. 132. sqq. Sed conferendus hic est Canon 1. & 6. Jam vero Antichristianismus καὶ ἑξοχὴν talis quam maxime huc pertinet.
- (g) Hoc millennium dudum impletum esse communis sententia fert. Alii in ipso hoc millennio jam nos versari ajunt. Alii adhuc expectari illud jubent. Jam vero Johannes in visione vidit Martyres regnare cum Christo, in caelis sane, per mille annos, per longum aevum, per millennium illud perpetuo duraturum, cui nullus finis terminum ponit. Scilicet, quemadmodum horae in parabolis haud pressae sumenda sunt, ita nec hic millennium, id quod ex interpretibus Apocalypsiis vidit quoque du-Pinuis. Vide & Can. 6. Neque etiam millennium illud, quo Satanas dicitur solutus, pressae sumendum est, sed tota illa visio nihil aliud indigitat, quam saltem hoc, fore tempora, ubi Satanae potestas liganda sit, ne seducat gentes ad persequendam Ecclesiam, sed fore & alia, ubi, Deo permittente, magnum hostium numerum contra eandem sit effusus, qui vero vindicta divina, tanquam igne de caelo destruendi sint. Ita & de Pseudo-Propheeta & de toto illo Pseudo-Christianorum & haeticorum agmine, qui poena damnationis sumenda olim sit, Johannes vidit. Sic vero opus haud est, ut Chiliafum hic statuamus periodosque temporum fingamus, cum emblematica Theologia istas determinaciones ex decorationibus visionum male petitas plane haud postulet vel patiatur.
- (h) Resurrectio prima Johanni vocatur beata illa vita & regnum Martyrum cum Christo in caelis, quos quasi jam resuscitatos primum ille vidit. Resurrectio secunda Johanni est vera illa & universalis, secundo loco ipsi oblata.

E (i)

(i) Ex Ezechiele saltem seligamus tres. C. I. X. XXXVII. XL. fqq. Quod visionem primam spectat, videmus hic quatuor Cherubim, h. e. Reges Ezech. XXVIII. 14. vel Heroas curribus triumphalibus vel sellis currulibus insidentes, quæ in summitate aquilæ, ad dextram leonis, ad sinistram bovis caput effictum habebant, (neque enim monstrosas illas figuras nos Cherubinis damus sed ab errore pictorum heic recedimus,) obrectos pallio ex quatuor alis כַּפְּוֹת אֵיבֵן constante & calceatos calceis areis iisque rotundis, & rediã viã incedentes, cum curribus suis, qui rotati erant, unã rotã in alteram junctã, & oculis suis, hoc est, clavis aeneis fulgentibus ornata. Et Cherubim quidem hi è septentrione venientes speciem ignis lucidissimi gerentes & velocissimè currentes sicut fulgur, alis pallii ex vento ipfas inflante magnum strepitum fundentibus cum folio Messia fulgentissimo ipsis incumbente conspiciantur ab Ezechiele in cæstis constituto. Hic existimaverim, non opus esse, difficiles interpretationes ad mysterium visionis hujus determinandum querere. Quatuor hi Cherubini designant Angelos vindictæ à Juce Messia missos vel potiùs exercitum Babylonicum è septentrione h. e. Babyloniã ad destruendas veteres Hierosolymas missum. Naturalis hæc interpretatio est, statui, in quo tùm erat Ezechiel, cum maximè conveniens, ita quoque figuram Cherubinorum depingens, ne, qui error pictorum est, formæ monstrosæ hic effingantur, quales & perperam in sanctuarium Judaicum intruduntur. Altera visio Ez. XXXVII. designat benevolam Dei intentionem, Judam & Israel ex exiliis suis in Palestinam reducendi. Sed vide hic supra p. 31. 32. dicta. Denique visio novi Templi, de quo vide, quæ scripsimus in diss. de abrogat. leg. cærim. p. 33. fqq. novæ urbis, & novæ divisionis terræ sanctæ idem ferè designat, restitutionem nempe Israelis ex decreto divino faciendam, quod verò Judæi miseris & peccatis suis pressi haud exsequi potuerunt, conversione ipsorum intentioni divinæ, uti par erat, haud respondente. Quo ipso tamen sensum mysticum ad Ecclesiam N. T. imò & triumphantem haud excludimus. De visionibus Danieliticis vide, quæ supra p. 24. diximus. Ubi verò saltem *ὡς ἐν παρόδῳ* notamus, Deum illum מַצֵּיִם *Maysim* sive *munitionum* Dan. XI. 38. 39. per quem nostri Deum Missaticum, qui in templis & Monasteriis, fortaliorum speciem quasi præ se ferentibus, utpote maximum Romani Pontificis munimentum, cum sanctis, imaginibus & reliquiis Romanensibus colitur, intelligunt, variis interpretationibus obnoxium esse. Sunt, qui per illum idolum quoddam incognitum, cui nomen *Maysim* sit, uti Seldenus, sunt, qui munitiones & arces, quæ & idola tutelaria constituturus, ita Menochius, vel pecuniam & Plutum, quem pro Deo suo habiturus sit Antiochus, sunt, qui Antichristum adhuc venturum, ut Bellarminus, sunt, qui Mahometem, Deum *Moschearum*, quod nomen iridem ad vocem *Maysim* alludere illis videtur, sunt, qui Diabolum, quem sub nomine *Maysim* Antichristus sit adoraturus, ut Lyranus & Corn. à Lapide, hic designari hariolantur. Alii existimant, per Deum *munitionum* Deum verum intelligendum esse Dan. VIII. 10. 11. XI. 31. verbaque ita vertenda: *Et loco Dei fortitudinum*, h. e. Dei veri *honorabit alium Deum*, quem ignoraverunt Patres ejus &c. Denique sunt, qui per Deum *Maysim* indigitarum putant vel *Jovem Capitolinum*, uti Calvinus, vel *Jovem Olympium*, uti Maldonatus, sive Deum belli, aliàs *Martem*, qui propriè Deus *munitionum* est, à voce

189

à voce מַגָּזִין quoque vocem Gallicam *magazines* derivantes , aut alio nomine Deum *Beel-samen* , vel idolum , quod in *Modin* 1. Macc. II. 15. adorationi publicæ exposuit Antiochus. Ita cum aliis Grotius. Inter novissimos scriptores duo eminent , qui in determinando Deo *Majsum* rituas sententias excogitaverit , Harduinus & Juræus , ille quidem in Chronologiâ V. T. Operum selectorum f. 585. 586. ubi Jovem *αἰγάριον* hic significari putat , de quo Jac. Sponius in ignotorum atque obscurorum quorundam Deorum aris p. 262. & in miscellaneis erudita antiquitatis p. 74. Cuperus , Morellius , Trifanus & ex illis Zornius in Bibliothecâ antiquario-exegetica p. 219. sqq. videri possunt , hic vero , nempe Juræus dans *P. histoire critique des dogmes & des cultes* &c. P. 4. Ch. 3. p. 705. sqq. ubi agit du Dieu *Mahuzzim* , atque in summario : *Ce sont les Romains adorez & servis par Antiochus Epiphanes* , vel potius , *les Aigles Romaines* , cum Romanis tributum solverit Antiochus , quæ sententia re verâ longè ineptissima est. Vides jam , lector , qui tenebras hæc quantiam docti. Judæi , qui per Regem , de quo hic sermo est , Constantinum M. intelligunt , blasphemant , Deum *Majsum* hic esse Jesum Nazarenum. Abarbenel in מְצִיטֵי דִישְׁמוֹתֵי הַמִּלְלִיקִים hostiam *Mislicanicam* intelligit. Interpretum Belgarum commentatio præ cæteris memoranda venit , qui ita : *De sin is, Antiochus sal vast over al enen nicuwen Godtsdienst invoeren , ende wat angaet den Godt der sterkten Jer. XVI. 19. of den Godt van groote kracht, den Godt Israels , hy sal in syne stede , t. w. in den Tempel te Jerusalem , eeren eenen Godt , t. w. dien Godt, welcken syne Vaders niet gekent en hebben, namelyk Jovem Olympium, dien sal hy eeren met gout &c. hier 2. Mach. VI. 2. Wil men dit op den Antichrist passen (wiens vorbeelt Antiochus geweest is) dat kan oock bequamelick geschieden.* Addunt iidem : Antiochi *voorouders en hebben Jovem Olympium niet geert , maer Apollinem , Dianam , Araratidem , gelyk Strabo getuyght in't 16. bæck Geograph. Alsoo heeft oock de Paus in de stede , D. in de Kerke of Gemeynthe des waren Godts ingevoert te eeren eenen valschen Godt , dien syne vorouders niet geert en hebben , namelik eenen versterden Christum , een ostye , een stuckken broots , den welcken hy verciert met gout , silver ende kostelicke Peerlen.* Ex nostris consule hic , si placet , B. Meisneri *Philos. sobriam* P. 2. p. 301. sqq. Dannhaverum in *Antichristosophiâ* p. 280. sqq. & J. A. Quenstedii *disf. de Deo Mautim Witteb. A. 1661. editam.* Optima omnium sententia est ex recentioribus Calmeti & Hilleri nostri , qui , cum nomen מְצִיטֵי haud proprium sed appellativum existimer , ita vertit : *An Gottes statt wird er Mauzrim , das ist , veste Place und irrdische Macht an seinem Ort ehren , und an Gottes statt wird er denjenigen , davon seine Vätter nichts gewußt , das ist , Jovem Olympium , ehren mit Gold und mit Silber und mit Edelgesteinen und Kleinodien , und er wird machen veste und starke Wercker dem fremden Gott , vrie denn Antiochus auf dem Tempel-Berg zu Jerusalem eine Citadelle bauen lassen zum Schutz des Jovis Olympii , dessen Bild er in den Tempel gesetzt , Sed hæc omnia salvo antitypo.* Conferri vero & hic debet *Whistonus* , qui Danjellis capita XI. & XII. nuper novis sed miris modis ad specialissimos atque etiam recentissimos eventus applicavit. De visionibus Apocalyptricis id paucis tantum monemus , designari hic saltem fata mundi & Ecclesie generalia , judicia divinationem , designari hic saltem fata mundi & Ecclesie generalia , judicia divinationem & vi-



storias, vindictam divinam à persecutoribus & hostibus Ecclesiæ, qui sub emblemate bestiarum, Babylonis &c. representantur, sumendam, condemnationem eorundem & Satanæ, judicium ultimum, consummationem seculi, resurrectionem mortuorum & eandem infecutorum regnum beatum. Nullus hic ut visio, sic rerum ordo, nullæ numerorum rationes aut aliæ circumstantiæ premendæ sunt, sed expositiones tantum generales dandæ; ut difficultates evitentur, quemadmodum, uti sæpè ingeminamus, in parabolis explicandis fieri solet, ubi, quemadmodum Theologia parabolica extra scopum suum principalem argumentativa non est, ita nec emblematica. Hæc verò hypothesi jam posita omnia ferè systemata interpretationum Apocalypseos salvantur & locum habent, illud maxime, quod Protestantium est, & solvuntur saltem, uti diximus, difficultates. Confer &, si placet, doctiss. virorum, Bellosobrii & Lenfantii præfat. in Apocal. p. 615. & quam maxime L. E. du Pin *analyse de l'Apocalypse*, ubi tamen & velim conferas, quæ Calmetus in Prologo in Apocalypsin contra systema du-Pinianum movet. Patet & hinc, quid de septem periodis Ecclesiæ N. T. à Coccejo aliisque antiquioribus fictis statuamus. Sed conferantur de illis post alios multos Jo. Marckii in Hoseam & Apocalypsin præfationes, ubi cum Joanne van der Waeyen hoc de argumento disceptavit, cujus oratio de numero septenario ejusque vindictæ itidem heic inspicere possunt.

IV.

Num historiæ (a) quoque, parabolæ (b) & miracula (c), imò & epistolæ (d) & cantica (e) Prophetica in sacris dentur, num ipse etiam Decalogus mystici quid (f) alat, altior quæstio est, in quâ decidendâ distinctè procedendum est, ne plena studio allegorico porta hic aperiat, & omnia in allegorias vertantur, quod nefas.

- (a) In historiis res liquidior est, cum typos comprehendant, quos invenire est in personis V. T. maxime notabilibus, in præcipuis fati populi Israelitici, maxime & ipsius liberationibus, in præcipuis judiciis divinis in veteri œconomia exercitiis, quò J. H. Maji œconomia judiciorum divinarum pertinet, in singularibus beneficiis divinis populo Israelitico exhibitis, quo cl. Pizeri diff. de beneficiis typicis spectat, in promissionibus bonorum terrestrium, quæ symbola spiritualium & cœlestium sunt, in iis quoque vaticiniis Prophetarum, quæ de Juda, Jerusalem, Babel, Ægypto, Edomo, Tyro &c. agunt, ubi fata Ecclesiæ & hostium Ecclesiæ ipsam olim afflicturorum emblematicè depinguntur & in illis maxime actionibus & passionibus Christi, in quibus Ecclesiæ & fideles ipsi debent *συμμετέχειν*, quæ omnia haud abs re monet cel. Rambachius l. c. p. 12. sqq. De posterioribus confer Bellerheimii exercitationes typico-propheticas de fati Christi insignioribus mysticis, & Deusingii allegoriam historiarum Evangelicorum propheticam, si excessus in hoc studii genere specimen nosse cupis. Quod restat, historias propheticas cumulaverit Coccejus, cumulant Coccejani passim, H. Hulsius de vallibus Prophetarum sacris p. 446. sqq. & in figurâ temporum, Deusingius in demonstr. allegoriarum historicarum Vet. & Nov. Test. omnemque illi, qui typos præter rem multiplicat.

(b)

- (b) Quasdam parabolas Evangelicas prophetici quid continere e. g. Matth. XIII. 24. sqq. 30. 37. sqq. XXI. 33. XXII. 1. XXV. 1. jam monuit cel. Rambachius l. c. p. 21. Sed quantoperè hic luxuriet subinde allegorizantium calamus, specimine hanc in rem dato ostendimus in commentatione de rectâ Theologiæ Typicæ conformatione p. 24. sqq. Adjungi merentur H. Scharbau Parerga Philologicæ - Theologica P. 2. in dissertatione de excessibus interpretationum propheticarum in explicandis parabolis. Addi & potest A. L. Kœnigsmanni diff. de parabolis Christi Propheticiis, ejusdemque prodromus clavis Prophetiæ diff. 1. §. 4. 5. ut Saldeni Ocia Theol. L. IV. exerc. V. de parabolis Evangelicis taceamus. Ceterum luxuriarunt in hoc doctrinæ genere Coccejus & Coccejani, Gulichius, Melchior, van Til, Grœnevvegen, Biermannus, Huyfinga, Teelmannus, Lomejerus, Deusingius, Schrammius, Karlius, Hafsius, in variis libris & dissertationibus, Gûrtlerus in syst. Theol. Prophetiæ, & quàm maximè Camp. Vitringa in de *verklaring van de Evangelische parabolën*, & d' Outreïn in notis ad hunc librum, qui & jam Germanicè versus proficit. Addendus & est Driesenius in diatribè de principiis & legibus Theologiæ emblematicæ, allegoricæ, typicæ & prophetiæ p. 89. sqq. & Peterfenius ad parabolas Matth. XIII. Jam & planè nil prophetici alere parabolas nuper statuit Lœflerus in explanatione parabolæ de Patrefamiliâs & operariis in vineâ p. 156. sqq. licet in alia abire videatur p. 146. sqq.
- (c) Conferri hic iterum debet, qui datâ operâ propheticum miraculorum Christi sensum enarrare sustinuit, C. Vitringa in den Betrachtungen über die Wundervercke Jesu Christi cum præfatione H. Venemæ, Theologi hodiè Francquerani, qui de ratione sensus literalis & mystici sive prophetici & typici heic prolixè & erudite agit. *Francf. 1727. 4.* Adde Deusingii explanationes mysticas quorundam Christi miraculorum commentario mystico in Decalogum & allegoriæ historiarum evangelicarum Prophetiæ subjectas & Driesenium l. c. p. 108. sqq. itemque Bellerheimium in libro citato.
- (d) Pertinet huc epistola Eliæ ad Joramum, quam ex nostris datâ operâ illustrare Wölflinus & S. Schmidius, ex Reformatis nuper Wesselius. Ita porò quaritur, num sensus Epistolarum Apocalypseos C. II. & III. exstantium sit vel detur quoque propheticus, ubi ante omnia quarendum esset, num & typi N. T. dentur, quod omninò existimamus, secus ac putat Saldenus in Otiis Theol. L. 2. exerc. 3. de typorum V. T. usu & abusu §. 10. 11. p. 287. sqq. Sed quicquid hujus sit, Epistolas Apocalyplicas haud putamus esse propheticas, secus ac existimârunt post veteres multos & recentiores Forbescius, Morus, Peterfenius, maximè vero Coccejus cum sequacibus, ex quibus conferendi Vitringa & Driesenius in Apocal. & hic quoque in diatribè citatâ p. 145. sqq. ubi & sensum Epistolarum Apostolicarum magnam partem propheticum esse fingit & ita quoque epistolam priorem Johannis explicat. Sed quid quæso est, luxuriare in allegoriis, si hoc non est? Ceterum de sensu Epistolarum Apocalypiticarum historico an prophetico conferendum est quàm maximè Witius in Miscell. sacr. T. 1. L. 3. cui adde Petrum Jurium, quem mireris, in Accomplissement des propheties systemata Forbesii, Cocceji, Mori epistolarum Apocalypiticarum sensum propheticum diversis modis explicantia rejicere T. 1. Ch. 1. Sed mireris etiam, hos autores haud respondere ad illud argumentum pro sensu prophetico militans, quo objicitur, ea, quæ e. g. contra

contra Episcopum Ecclesie Ephesine dicuntur, in Timotheum haud quadrare, quod dubium in Analyfi Apocalypseos Gallica solviffe sibi visus est du - Pinius. Utrumque sensum historicum & propheticum conjunxit cum aliis Vitringa in Anacrisi Apocalypsi, cui addendus est van Til, qui in diss. de sensu septem epistolarum Apocalypticarum mystico an literali operi analytico adjecta Wit-
fium hic refutare conatus est.

- (e) In Canticis sive Psalmis Davidicis, plurimos dari Propheticos, de Messia maximè agentes, quos datà operà explicavit S. Schmidt, nullum est dubium. Sed de canticis aliis, e. g. Mosis Ex. XV. & Deborah Jud. V. alia quæstio est, licet ista typica esse ajat cel. Lampius in diss. sacr. dodécade p. 6. 7. nisi quidem canticum Mosis Apoc. XV. 3. sit illud Ex. XV. uti existimavit ad istum locum Marckius, quem hic sequitur Deylingius in diss. de hymnis à Christianis decantandis §. 8. Jacobi ultima Gen. XLIX. sine dubio prophetica sunt, uti & ultima Davidis, quæ utraque præ aliis illustrare Cocejus & Marckius. De ultimo Mosis Cantico Deut. XXXII. vide datà operà commentantes iridem Cocejum, Sal. van Til & Jo. Marckium, qui & de cantico Annæ 1. Sam. II. itemque de canticis Jesajæ XII. XXV. XXVI. XXVII. extantibus, prophetici illis, agit in fasciculo diss. in V. T. exerc. 6. 17. 18. 19. 20. Cantica Jes. V. & VI. 3. itidem prophetica esse quis dubitet? De Cantico Habac. III. confer differentem van Til in Phosphoro Prophetico p. 513. sqq. Canticum Canticorum propheticum alere, quemadmodum omnia cantica hætenus tacta, existimant Cocejani, quos refutat hic ivere Leydekkerus in face veritatis loc. 2. qu. 9. p. 81. Ant. Hulsius in spec. Theol. hypothet. P. 1. disp. 19. p. 460. sqq. & Marckius in Comment. in Cant. Cant. Nec tamen omnis sensus propheticus, multo minus mysticus hic excludendus est, sed excludendus potius venit carnalis contra Theod. Mopsvestenum ex veteribus; Grotium, Castellionem, Simonem, Clericum, Whistonum, quem hic refutare Itchenius, Carpozovius & Nonnenius, imò & Bossuetum & Calmetum, qui sensum carnalem cum mystico hic jungunt. Sensum propheticum in Cant. Cant. magnà quoque operà quæsit, uti & in Ecclesiaste, Seebachius. Ita & cantica Zachariæ, Simeonis, Apocalypica prophetica esse nemo inficias iverit.
- (f) Conferri hic potest Herm. Deusingii commentarius mysticus in Decalogum Leovardix 1700. 4. editus.

Supplenda & corrigenda.

P. 2. notà (c) l. 7. post 16. adde: & *La Religion Chrétienne prouvée par P. accomplissement des Prophetes* par le P. Baltus. à Paris 1728. 4. P. 8. notà (f) l. 2. post Joh. XI. 51. adde: *de quibus vide & Josephi hypomnesticum C. 101.* P. 10. notà (c) l. 3. adde: *itemque Josephi hypomnesticum à cel. Fabricio editum C. 14. 15. 16.* P. 22. can. 3. notà (a) sub finem adde: *Jam & priore anno Parisius prodit refutation du livre des regles pour l' intelligence des saintes Ecritures, itidem levi calamo scripta & refutata mox ibidem dans une lettre d' un Prieur à ses amis. 12. P. 23. notà (b) l. 11. lege enallagas & hyperbolas P. 24. l. 12. lege Alcasar, cujus vestigia legit Grotius; Hammondus, Bolduucus, Lightfootus l. 20. post Iselius adde: Abbaie item & Lensant. P. 29. notà (d) l. 2. pro mus lege ponimus P. 31. notà (a) l. 7. lege Cocejum P. 32. l. 2. post liquet, adde quòd Deut. XXX. 1. sqq. alibi que expresse conditio adjecta est, quòd & alibi e. g. Hof. I. 6. IX. 15. Amos V. 2. VIII. 14. reductio in terram Canaan 10. tribubus denegatur, licet hoc de simultaneâ reductio-
ne cum tribu Judâ & Benjamin saltem intelligi possit, denique &*

Fd 5611

ULB Halle
002 715 18X

3




PH 306

VD 77

NC







14
M

CHRISTOPH. MATTHÆI
PFAFFII,

S. Theol. Doct. & Profess. Primarii,
Universitatis Tubing. Cancellarii,
Abbatis Laureacensis,

COMMENTATIO

DE

RECTA

THEOLOGIÆ
PROPHETICÆ
CONFORMATIONE.

TUBINGÆ
apud FRATRES COTTAS. 6.

